



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



IMP. CAES.
RVDOLPHO II.
PARENTI PVBLICO
PIO. FELICI. PERPETVO
30035
AVGVSTO.

D. N. M. Q. EIVS

IANVS GRVTERVS.



BVNDE constat rerum quæque rarissima ita & vbique, & semper, principum virorum habitataquam peculiaria, vt etiã apud priuatos nata aut inventa, statim tamen tacitã destinatione eisdem transcriberentur. quare non nisi rectè atque ordine INSCRIPTIONES istæ ad te veniunt, SACRATISSIME IMPERATOR, parte sui maximã nunc primã è terræ situ, aut Bibliothecarum tenebris productæ in publicũ: & veniunt quidem confidentius, quod sic quoque templi tui tholis propriè conueniant; certè alterius Numinis sacrario neutiquam consecrentur sine notã, imò scelere. Cui enim inscribatur POSTVMA ILLA SENATVS POPVLIVQVE ROMANI FAMA ATQVE AETERNITAS, quàm vni tibi, CAESAR AVGVSTE? legitimo eiusdem gentis capiti. tibi, inquam: qui præterea, ex quo consentientibus humani generis suffragiis Orbi terrarum præfectus es; in hunc vsque diem plurifariam re ipsa ostendis, æstimare te libri huius argumentum pretio vero, hoc est maximo. Nam etsi iam ferè sextum lustrum, Solis more irrequietus, omnium somnos tuã vigiliã, omnium otia tuis occupationibus, omnium delicias tuã procures industriã; vna tamen tibi sufficit CONSACIENTIA ac FAMA, ceu laborum istorum præmium vberimum. Vtrique certè tam pulchrè hætenus litas, vt GERMANIA tota, bono te suo publico divinitus genitum lubens merito profiteatur; vni que debeat, quod cùm vicinæ regiones ferè extincto bellorum consumantur incendio; ipsamet in medio posita & coronata flammis tam feralibus, non modò restet incolumis, sed Phœnicis instar, redditã quasi iuventute, reflorescat. Quo ipso, quamvis ita demerearis omnium opinionem, vt toto passim orbe agas in ore, in oculis, in animis omnium: instas tamen eidem famæ,

tibique clavis verè trabalibus devincis. ideoque, etsi diuina virtutis tuæ ac felicitatis opera, egregiis artificum monumentis, publicè priuatimque prodeant ducta cælo, pigmento, auro; delectaris quidem hâc tuorum pietate: interim haud dissimulas, nihil istorum perennare; non laureas, non arcus, non triumphos, non statuas: sed quotidie, vel terræmotu, vel incendio, vel hostili impetu, vel æuō denique prolixiore obsolescere delectabilem istum oculorum florem: vt contrà ipsâ gliscere vetustate auctoritatem ingeniorum, ac quicquid sibi adplicuerint reddi magis ac magis sacrum & venerabile. adeò quidem, vt omne quod hodieque in rerum natura notitiæ est & nominis, id disciplinis istis liberalioribus jure acceptum feras. Hinc nihil tibi antiquius quàm excitare ac promovere literas, honorem habere ac dignitatem literatis; eo sanè successu, vt artes humaniores quæ sub proauo tuo MAXIMILIANO I. spiritum; sub auo FERDINANDO valetudinem; sub propatruo KAROLO V. colorem ac sanguinem; sub patre MAXIMILIANO II. patriam ceperint; tuis demum fortunatissimis auspiciis, ita niteant, ita floreant, ita exultent; vt nihil felicitati earum accedere possit, nisi vt perpetua sit. Et verò communis hæc illa seculi lætitia tantum potuit apud me, vt quamvis adhuc ambustus miseræ Patriæ flammis, ausus tamen fuerim ingerere me circulo eruditorum, nomenque inter eos dare qui in stadio illo currerent ad palmam. cui conatui ita fauit Euentus; vt me ab ipsis statim carceribus, veluti pusillum Regulum, humeris suis sustulerint magni illi rei literariæ Duumviri, IOSEPHVS SCALIGER, ac MARCVS VELSERVS, hic Germaniæ suæ, ille Galliæ verè Doctorem Aquila; totoque perlato curriculo ad ipsam deposuerint metam: à qua ecce iterum subleuatus tertii Aquilæ pennis, IOHANNIS, inquam, MATTHÆI WACHERI, tibi, Cæsar, propriè nati; facio quod vides: atque adoratâ hac publicæ felicitatis purpurâ, statuo ante pedes tuos istas totius ORBIS ROMANI INSCRIPTIONES priscas, obnoxij ac deuoti animi testes. quas vt vultu excipias tuo, id est clementi, debita mentis submissione obtestor. Ita viuas, ita valeas, sacratissime Imperator, orbi vniuerso, magnum longumque ejus bonum.



AD IANVM GRVTERVM

In digerendâ omnium Antiquitatum & Inscriptionum
farragine occupatissimum

PAVLI MELISSI FRANCI, COM. PAL.
ET EQ. AVR. CIVIS ROM.

MELOS.

*LABORIOSAE pondera sarcina,
Gravemque molem viribus imparem
GRVTERE suscepsti, ferendam
Vix humeris (ut opinor) equis:
Atlante ni quo forte vel Hercule
Suffulciaris membra, Deusve quis
Adjutet ausum, Dedalivæ
Mens cata, & ars teres Archimedis.
Atqui vetustas marmorum & antium
Inscriptiones, quotquot adhuc super,
Comprehendere uno fasce, & unâ
Congerie serieque tentas;
Sed distributis ordine classibus,
Ad quas referri singula debeant
Dicata vel sacrata. Qui te
Non alacrem adsidiumque cernit
Apollo? qua te non vigilem videt
Diana? Noctes atque dies tibi
Sudat cerebrum in litterarum
Commoda, & uberiora messis
Largè metenda farra. Licebit huc
Inferre falcem cuilibet, & penum
Augere frumenti manipulis,
Liberiusque frui paratis
Per SMETII illam sollicitam manum,
Tritumque callem. Pectoris ut boni est
Ac liberalis candidique
Divitias tot opumq; gazas
Haud invidendas ducere posteris
Et huius ævi præcipuè viris,*

*Antiqua rerum vindicata
Delicias & amœnitates
Ratis supremas! Pleraque gentico
Sint more quamvis scriptaque dictaque,
Æterna durant, optimèque
Promeritis sua dona præstant;
Divis honorem, principibus decus,
Bellis triumphum, conjugibus fidem,
Heris amorem. Miror ipse
Ante alios, facioque pluris
Tales Latinum reliquias, supra
Quodvis vel aurum, vel diademata
Regum, vel externo orbe gemmas
Et lapides pretiosiores,
Et margaritas. Tu nisi sentias
GRVTERE mecum (SCALIGER hercle enim
Prelustris auctor, LIPSIVSQUE
Inclitus hac in opinione est)
Quid attinebat sumere tam diu
Tantum laborem, tantam operam, probè
Rectèque & exactos ad ungues
Quaque suis posuisse metis,
Locisque fixis? Quæ tibi præmia
Remunerari posteritas amet,
Ingrata ne sit immemorve
Muneris exhibiti benignè;
Nisi ut beari te statuâ aureâ
Dignum æstimarit? Lemma sit additum,
Quod cuncta cunctorum priorum
Lemmata in ære recente vincat.*

IN AVGVSTISSIMVM OPVS
INSCRIPTIONVM ANTIQVAVM
id est
ROMAM REDIVIVAM

AD ILLVST. V.
IANVM MATTHAEVM WACHERVM.
DE WACHENFELSA EQ. IC. ET
IMPERIALEM
In aula Caesaris Consiliarium
SCIPIO GENTILIS.

IM MORTALE decus terrarum, & summa potestas
Condita Roma fuit. toties incensa, virebat.
Illa tamen, toties imo demersa profundo
Exuls augustos iterum sub sidera vultus
Pulchrior, absterfasq; fremens regnare favilla,
Vt foret sibi capta suos servare coegit.
Olim armis, & iure potens; nunc legibus Orbem
Temperat, & Scythicam dispergit lumine brumam;
Humanosq; hominis mores largitur, & artes.
O qualem te te memorem! liceat omnis ab Indo
Aequore, hyperborei cana ad confinia Nerei
Barbaries conspires ovens, abolere tuorum.
Non tamen illa queat titulos, aut facta Quiritum.
Praesertim cum iam praesens tutela RV DOLPHVS
Romanorum ADSIT felici numine rerum:
Dacia nunc Aquilus cuius vulticibus omnis
Horruit, & veteres Trajano a principe clades
Nondum oblita; novis luget servata triumphis.
Nam quid Pannonia celsis simul arcibus Alba
Deiectos refram Turcas? monumentaq; Regum
Threicio subtrahat iugo? geminaq; receptum
Danubium ripa, Geticas effundere laurus?
Incolumi nihil est metuendum Casare nobis.
Namque hic Caesar, hic est, cuius pietate vel armis
Libera turb- sumus, cui se vincenda reservat
Impie as, saevique furor Mavortius Aemi.
Quem Russi Perseque colunt, atque ultima Baetra,
Hircanaq; times rector Tanaisiaci aula,
Et pellitorum struas adscisa Geloniam.
Quid mirum est igitur, tanto si praeside mundi
Exultant artesq; bonae, Romanaque rursus
Gloria purpureas late quatit inclita pennas?
Si lapides, atque era loqui toto orbe Latina
Incipiunt, praeservique redit decus aere cassis?
Haud perit Roma, haud perijt: diiectaque regni
Possessu, retinet titulis dominantibus orbem.
Quos pia GRVTERI collegit, & ignea virtus.
Amula Velservidae animi, ne Rhaetica tantum
Illustrata suo tellus se iactet alumno.
Nam quid praefer opes Latij, Romanaque iura
Tot saxis inscripti apices, totq; eruta in omni
Vociferantur humo veterum simulacra virorum?
Arcusq;, turresq;, & sacro pulvere Circi
Ara mollis adhuc, morumq; exstructa ruinis
Aequora, & ingentes subiuncti pontibus amnes?
Quaq; opera haud penitus lucrum sapientia mentis
Hauferit humana. quid enim tot damna superbi
Imperij spectare iuven? nisi forte caduca
Omnia vis contemnamus, mortemq; feramus
Aequo animo, cum regna mori videamus, & urbes.
At non GRVTERI vili labor: aurea nobis,
Aurea dulciora & dulcis fert commoda vita.
Nec quicquam est adeo studiis aversus honestis,
Atque adeo ipse sui, divinaque inscens aura,
Quem non tanta eius capiant miracula praece:
Qui non tam doctus hac plena in marmora rebus
Defixis oculis inhiet, taciturnq; parenti

Tanti operis summas agit, imò e pectore gratias.
Te quoque, Caesarei decus & pars magna Senatus,
WACHERE, ingenio decet adplausisse labori:
Teque adeo longè reliquis magis, ut tua summis
Mens adfusa viris, claraq; in luce locata,
Nil humile, aut vulgare potest tractare: tumque
Nec finat hoc splendor, nec sancta negocia Regum
Virtuti commissa tua. Te Caesaris olim
Aeria videre Alpes mandata ferentem:
Orantemq; Padi stupuit chorum, atque Roma
Curia tota illuc studio effusa videnda,
Et Tariffiaci proceres, delecta virorum:
Te comite ingentis cum Regis ad atria Nympharum
Misteret augustam montant regia Carmi.
At non has inter curas, hac maxima rerum
Pondera, Pervos cessas intrare saltem,
Thespiadumve amnes, muscosaque deseris antra.
O ego qua praesens vidi, cum regia nuper
Forte advenissem viridantis flumina Molda!
Quantus in his studiis nostris mihi visus, & omni
Antiqua, dignaque animis illustribus arte?
Qui nequeat furor, invidia nec tela nocere.
Quò magis hac te GRVTERI pulcherrima texta
Esse probaturum spero, lasiq; favoris
Ipsam, GENTILEMQUE etiam (nisi fallimur) umbram
Amplecti perfecturum. Sic gratia magni
Caesaris, aeterno meritum te cingat honore,
Et tua Musarum florescant nomina fastis.

T. B.

ADVERSUS tacitæ damnata silentia mortis
Tam varijs olim sculpta sepulcra notis,
Barbara succedens quum prorsus sperneret ætas,
Plurima cum cippis interiere suis.
Quæque superfuerant disiecta hinc inde iacebant,
Ceui penitus nullo restituenda die.
Hoc GRVTERE, vetas; magno congesta labore,
Ista tuâ monstrant ut rediuvua manu.
Immo quæ sperni non intellecta solebant,
Ecce novo splendent lumine clara tuo.
Inunc, & nobis sylvas rupesque sequutas
Orphea cantato, Græcia vana, tuum.
Ante legebantur lapides: interprete demum
GRVTERO lapides en didicere loqui.

IOSEPHVS SCALIGER
Iulij Caesaris F.

CADMÆAS jactet cur mendax Gracia turres,
Aut Amphioniam saxa secuta lyram?
Aspice, quod surgens non parva mole Theatrum
GRVTERI struxit Dadala cura mei.
Usque pererrato terrarum sine petitis
Cernitur ex omni plurimus orbe lapis.
Armorum hic titulis, ille est incisus honorum:
Consulis hic fulget laudibus ille Ducis.
Nobilium decorum custos GRVTERE Vetustas
Explicuit census in tua vota suos.
Scripta tot elogijs, tot dispersa sedibus olim,
In titulos laudis nunc cosere tua.

DIONYSIVS LEBEVS-BATILLIVS
apud Mediomatricos Præses Regius.

HERCULEVS labor hic, vario tot ab orbe labores
Congessisse operum, tot monumenta simul,
Tot saxa & lapides, tot marmora totque columnas.
Era tot & statuas, Artificumq; manus,
Quois tanta attollit & cælo se educere moles
Incipit, ut iam non grandius exiret opus.
Thebanos quali in muros Amphionis olim
Arte agitata simul saxa cossisse ferunt.
Maeste hic, GRVTERE, & semper masoribus instans
Vince animis, æstus exsuperatq; tuos.
Gloria dei vires, dei responsura labori
Par fama, & curæ præmia digna tuis.

CAROLVS VTENHOVIVS
Nieulandiz Dominus.

SVSPECTA quamvis sis fides præconijs,
Quo prosequuntur se domestici, tamen
Sussellus heic tibi esse CAROLVS pater
GRVTERE fili, haud debes VTENHOVIVS.
Idem ipse namque corde & ore censeo,
Quod quisque corde & ore censeo, ardua est
Cui notior paulo ipsamet Antiquitas.
Sic nempe parua, magna, depinxisti decus
Quiritium qua prorogant, ut Coma hæc
Nec ipse Apelles potuerit melius, suis
Phidias nec ipse coloribus depingere:
Posthacq; nemo sit futurus quis improbo
Sumptu ac labore visites sparsa Italum.
Passim per Orbem Marmora, hinc capite, hinc pede;
Hinc corde diminuta: cum palam omnia
Perfictius, videre fas hoc sis libro.
Quippe ut puto GRVTERE cuncta & expuso
Non video, Cereris cur reperiis frugibus
Nunc glande vesci illicina quis gestiat.

IDEM VTENHOVIVS.

GRVTERE fili, sine frater manelis
Deinceps vocari (quippe qui parente sis
Genitus GRVTERO; ego GRVTERA) KAROLVS
INSCRIPTIONVM queris ecquid de libris
Loquatur VTENHOVIVS? quod optimus
Doctissimusque quisque: Lando atque osculor
Industriam hanc simulque diligentiam.
Quæ tot Deos, Deusque, totque Numina
Et Tempia & Aras, & Ministros & Popos,
Tot Cæsares, tot Imperatores meras,
Tot Consulares, tot viros Prætorios,
Et pace tot belloque viros nobiles,
Resuscitavit, erantque sanctibus
Mortuis, reduxit rursus orbi & luminis:
Quos passibus sequuntur vinctioribus
Et universi & singuli, per quos domi
Forisque Romani Imperij corpus stetit.
Nempe obligasti munere isto sic tibi
Veterem novamque Romam, ut ipsa plus ferat
GRVTERE se tibi debere, quam suo
Aut ROMULO quondam aut Camillo debuit.
Restituit alter urbem & alter condidit:
Sed conditam, sed restitutam sic quoque
Subversit Aetas longa; quodque reliquum est,
Ita funditus subvertet Aetas longior,
Vi invenire vix medio queat sui
Sui ruinam. Roma sed contra hac tua
Tua gensque Martia hæc, vigeat perpetim,
Dum Luna summo, dumque Sol stabit polo.
Quin secla quo per plura curres, hoc minus
Senescet; usque florentem servans decus,

Dum vel inuenta controneriam haud lenem
Heba dolente fecerit pulchra Hercule.

ANNAE PALLANTIAE ET ANNAE
Vtenbovia Acrostichis.

Præcunte profam CAROLO VTENHOVIO

IANE pater cedat, cui matutinus Horat?
NV Squam non anni JANVS origo nomi;
Gaudia perorientant, tacitum mihi candida pællus;
Rex novus Ausonia plaudite JANVS adest.
Vnde biceps etiam velut ille Patulcius andet
Terrigenum & Superum Ianitor ille Deus.
Et merito, namque ut Salys Deus ille Decorum est,
Rex etiam hic Vatum est & Deus Ausonius.
Vique Bisfons idem quod & ante retroque iacetur,
Sic nihil est quod non JANVS & iste videt.

MARQ. FREHERVS.

QVIDQVID in orbe vago locat, ambitiosa vetustas,
Marmore victurum nomen & ere parans;
Conficit omne malo dente invidiosa vetustas.
Tempus & humanis fortius ingentis.
Diruta restituit mundo improba cura GRVTERI,
Tecta aperit, reficit fracta, soluta ligat.
Aere, quadris, statuis, tabularum montibus, orbis
Congerie, æternum surgere cernis opus.
Quale prius potuit cum condere nulla vetustas,
Nulla videm deinceps soluere secla queant.

IANVS LERNVTIVS.

QVAS prisce nobis olim posuere parentis
Ingenij atque animi signa notanda palam.
Sive decus partum memorabile pace vel armis
Secula quod posset sera monere sui.
Pleraque consumpsi fatali dente vetustas
Egregium patiens nil superesse diu.
Ergo aut in tennes resoluta abiire favillas:
Aut laceram faciem vix reparanda gerunt.
Nunc ubi marmoribus tot credita scripta polistis
Stabant, Romano qua numerosa foro?
Artificique manu splendere iussa metalla
Et præferre cæcis tot documenta notis?
Rostra ubi nunc arcusque Ducum populi que lavacra:
Et Capitolino templa habitata Iovi?
His anni nocere: magis tamen horrida bella:
Partem maiorem diripere Geta.
Atque Geta atque Hunni, gensque effera Vandali, in omni
Prona nefas, ipsis asperiorque feris.
Sic Mausoleas moles eversa sepulchri est:
Sic vacua Agrippæ calum imitata domus.
Quin domus ipsa Deum, cecidit vetus aurea Roma,
Ruderibusque suis obruta panè jacet.
Sed licet ingenio etiam pugnaverit ætas:
Nube vetustatis evolunda graui,
Plurima sunt, ævo patrum nostroque reperta,
Multorum meritis qua studium acre probant.
Armillis illi sanè exornentur & hasta:
Summa modo cedant, spoite trophæa tibi.
Nam tua promeruit supremum industria honorem;
Possidet & fama principem in arce locum.
Perge agendum GRVTERE gradu pertendere pleno,
Et benè conceptum prodere dexter opus.
Gloria victricos plectit tibi sedula Laureos:
Jamque tua ad cælum nomina laude vobis.

Palladis

*Palladis auspiciis fides molire triumphum :
Sumere palmatam fas tibi iure togam .
Fercula distincto precedant agmine currum :
Delectaq; per titulos dicta subinde novent .
Ordine mox iusto precibus molliter alis
Tempus ; & ingenti voce tua acta canat .
Post vulum in terram projecto mœsta sequatur
Barbaries collo vincula serua ferens .
Ipse tuo Elogium decori hoc præfigo volenter
Lusida quod iristi lumine turba legat :
Qua congesta vides digestaq; corpus in unum .
Mille locis Hospes sparsa ea nuper erant .
SMETIVS inceptor : protector LIPSIVS audit ,
IANVS . perfectior Geryon . esse potest .
Quis satis hunc laudes ? tumultu veteri excita Roma ,
Tollis honoratum cen solet ante caput :
Nec ferrum aut flammam . metuit : securæ senectæ ,
GRVTERI AETERNA EST munere facta novo .*

IACOBVS LECTIVS IC.

IANE quid excusas ? fragili committere chartæ
Quod iuvat inscriptas ære rigente notas ?
Scilicet iste tuæ frontis pudor , iste modesti
Môs genij , probitas oris & ista tui est .
Si chalybem breve Tempus ais , solertiaq; æra
Esse potest , oculis invia penè meis :
Si fugit humanos æterna in secula sensus
Quod Pario inculpsit marmore Praxiteles ;
Quid seriem annorum , quid te invidiosa Vetustas
Sperem paginulis parcere posse meis ?
Attamen , ô . Vati si quicquam credis amico ,
Nec vatum rapiunt irrita verba Noti :
Et chalybe & ferro prisq; perennior ævi
Aere , & marmoribus Charta futura tua est .
Nec tumuli Heroas poterunt defendere letho ,
Ni tumulos tumulis eximis ipse suis ;
Nec quenquam exitio eripient monumenta , nisi ipsa
Eripis exitio tot monumenta prius .

MICHAEL VANDER-HAGEN.

ROMANI Imperij quàm nota potentia late
Eois fuerit Hesperusque plagis ,
Historia Graia testantur & Aethiopes : ipsum
Nec monumenta operum tot numerosa negant ;
Sive ea , adhuc majestatis nullius egena
Excelsum tollant sidera ad alta caput ;
Sive Vetustatis genuino obnoxia , fracta
Parte sui plangant nobilitate solum .
Prodit & hec eadem non una Inscriptio , linguam
Vocalem qua Atri Marmoribusq; creat .
Roma sed hac ut tuta minus munimina sentit
Temporis adversus Barbariesq; minas ;
Præcipue cum hinc Livor & inde Inficitur vexce
Temporis intactam Barbariesq; minus .
Exitit hand unus qui stantia , quique tenebris
Mersa perennaret tot decora arie no . a .
Non male , si non vel fato , vel forte , diserie
Interruptum istud plus semel esset opus .
Donec se soboles Mavorius Roma rerexerit
A capite ad calcem nuda , GRVTERE , tibi :
Momentoque repræsentavit singula , saclo
Quicquid currentis est præteritoque fuit .
Nec mora : cuncta notas oculis animiq; , & in unum .
Rue coacta , Orbi reddis utrique palam :
Es facis , ut verè jam demum Aeterna vocari
Roma queat , Mortis libera tota jugis .

*Nam qui , quaso , perire queat , qua iam modo per te
Vitas uno eodem tempore mille capis ?*

HENRICI SMETII ODA.

HVMANA quamvis mens sibi conscia est
Vitæ perennis : corporis hoc tamen
Se carcere indignans in arcto
Et nimium fragili teneri :
Terræ vniuersæ compita peruolat ,
Rimatur intus viscera montium ,
Marisque abyssos , & sagaci
Ingenio speculatur astra .
Nempe allaborat quærere gloriam
Sibi perennem : coniugis & sui
Hanc corporis vitam fugacem
Perpetuâ reparare famâ .
Hæc cura Nili ditibus accolis ,
Belloque magnis Romulidis fuit .
Testantur enormes Colossi ,
Pyramidesque , Obelisci , & Arcus .
Romana deinceps cum studio pari ,
Egit propago , nomina vt & sua ,
Et munia , & curas suorum ,
Ipsi etiam lapides loquantur .
Quanti ô laboris , quantæ operæ fuit ,
INSCRIPTIONES colligere angulis
Ex omnibus , quaquæ coruscus
Sol Oriens micat , Occidensque !
Quas dum GRVTERI mens vigilax libro
Offert in vno : non alios modò
Aevo priores , sese at ipsum
Herculeo hoc opere ipse vincit .

BON. VVLCANIVS.

SCILICET hæc etiam te laus GRVTERE manebat ,
Post maculas prisce absterfas scriptoribus aui ,
Quas illis scolorum audax asperserat error :
Marmoribus quoque splendorem reparare vetustis ,
Et statuas cipposque situ quos presserat atro
Longa dies , dias revocare in luminis auras .
Et variis inscripta notis animare metalla .
Testamenta , sacros ritus , Consulta Senatus
Et quicquid memorabile habet veneranda vetustas
Eruere & Mnemosynes inscribere libris .
O te felicem studij , Herculeisque laboris
Tanto operi impensi ; quod non longinqua abolebis
Annorum series , aut aui scæva potestas .
At tibi pro meritis dignas persolvere grates ,
Aut aquare tuas quis speret carmine laudes ?
Non ea vts animo aut tanta est fiducia nostro .
Nam mihi lenta salit circum præcordia vena , &
Difficiles veniunt in vota senilia Musa .
Quod potero faciam tantum & fungar vice cotis ,
Inque tua , GRVTERE acuum præconia laudis
Par Iuuenum , queis nulla pares dedit aut dabit ætas ,
Heinsiadem Grotiumque meum ; quorum accipe versus
Queis tua commendant seclis monumenta futuris .
Nanque alios quid commemorem , quis sine rogati
Siue suâ ornabunt docto te carmine sponte ?
Me tantum excusatum habeas , quod nil tibi maius
Hoc offerre queat languens mea tempore Musa .

HUGONIS GROTHII I. C.
IAMBICI TRAGICI.
ἀδαμπτ.

ORBIS supremi pignus, Aeterni Sator
Immenſe SERPENS, ripa quem Nili colit
Squammas virentem ſemper, & torioſo ſinu,
Qui voluit agmen ſimplici flexum via
Tui relapſus in notas veſtigia,
Certus & haec pernicax exordia,
Voluminumq; lubricis anfractibus
In os reductam prodigis caudam voras,
Tui Triumphans pandit arataſq; fores
GRUTERVS ANTRI: Propter annoſo ſitu,
Qua ſola creſcit Temporis diſpendio;
Reperit Veſtaſta ipſa conſumperit ſui;
Trabsque gaudet. Ille demorſoſo tibi
Repoſcit annos, quaque Luſtrorum parens
SPELVNCA ſervat. Sacra, decurrentibus
Readenda Sacra ducit in lucem manu,
Evocatque priſco donat ereptum diem.

Quicquid ſuperbus ambit Aſtrorum Chorus,
Et illa Signis picta Teſtudo Poli,
Quicquid creatum ſolertem princeps Deus
Vultrice Noctis Phœbus illuſtrat face,
Fatale vulnus ſentit Annorum vices,
Tempusq; cuncta perdit, & primum perit.
Tam pulchra rerum forma res eſt unius
Dies Dies, dumque ſiſſinat mori
Occidit Aetas. Vnde Momenti rapax
Nunquam manentis, quicquid occurrit, graui
Trahit fluenti mole, nec parcat ſibi.

Excifa rupi ſaxa cano gurgite
Ferocientis pulſa nequiquam Sali,
Qua non vorauit fluctus, abſorbent diem.
Veniſſe notatum Marmor, & commercii
Moi talis aurum pignus. & Gemma ſata
Quaſcunq; concha litus Eoum vomit,
Duoſque Terra partus inventum nec
Lethale Ferrum, deteruntur ſeculis
Vitamq; cæci docta quam reſtrix manu
Infudit arti. Temporum tollit mora.

Quid iſta ſtamus parua, cum tota ſolo
Aequimur urbi. Hec VIRITES patriam
Efferte: ROMA ſcimus eſt tantum ſui.
Vrbisq; SEPTEM qua ſedens in MONTIBVS
Sublimis Orbi iura ſubiecto dabat,
Illanc Diei ſparſus, hinc Noctis Domum
Tangit, nec ipſa clauſus Europæ cinis.
In omne Mundi ſe latius lapſu graui
Ruina fudit. Tuque GRÆCI ſanguinis
Alitrix, & omnis Magna DOCTRINÆ PARENſ,
Olim tærorum Terra felix ſpiritu
Quam nulla reſtat! Dira Fatorum lues,
Se nil priuſanum, quamlibet magnum, tui
Ferule viruſ effugit contagii,
Et delubus aſte PLUTONIS manuſ,
Tamen Sepulchris parce. Sacras MANIVM
Sedes, & illud ſi quid eſt quod Mortuis
Datur ſuperſtes. eſſe, quod vini colunt,
LEX VNIVERſI terret. & rurſum mori.

Virgo Triſformis Orbis immenſi novis
Dotata prædus ſemper, & Rerum Malo,
Quid impoſenter in tuas ſanis opes,
Quid BVSTA CIPPOS. & graues Victoria
Teſtes COLUMNS, & Tropæorum ſtrutura
Deſu, nec ORCVM liberaſ ORCI metum.
Vmbra ſilente, Vulgus inferni foruſ,
Quibus quietem ſpondet æternam palus
Iurata Divis hic, quod amittant, habent:
Poſtquam, FVERVNT, indices perdunt, quibus
FVIſſe conſtet. INSTAT ET MORS NOMINI.

μεροφά-
ντος μερ-
τ NEICI.

Pereunt om-
nia tempore:

Etiam me-
talla:

Imd ROMA
quoq;

Et GRÆCIA:

Et in iis RE-
LIGIOſA;

Fas eſt proſecto. Fas tamen Divos quæſ
Minus minores. Inferis non eſt graue
Pati Supernis Numinum turmis idem.
Rex ipſe Divum Fulminis Divi potens,
Et circumantis tota Cœlis Civitas
Inimicoſo proutas ani pede
Deſpectat Aedes triſtis. Ingentes mora
Cedunt COLOSSI. SOL ſuos Annos timet,
ET LVNA meſes. Tempora decreſcunt ſua.
Jam nulla pendens eſt THOLIS DONARIA,
Jam nullus aras Agnus humectat Deum,
Nec PROSICANTVR EXTÀ, nec turis iacet
Acerra fumos, nec ſuunt. umbras meri,
Deubra ſordenti. Vmbra Lucorum iacet
Honore nullo. Cœlitum vultus ſacri,
Imaginesq; poplite ſtixit quibus
Supplex precantiſſima turba, ſunt ludibrium
Ævi rapacis, & profani Temporis.

Et ille Sacris emulus REGVM LABOR,
Impenditque ſtructa motu publicæ;
Cenſus Beati Solæ, durando perit.
Nam ſive latâ ſubicit Saxum Baſi
Acuminato PYRAMIS ſuſtigio
Taſtura Calum, ſive PONS LONGVS domat.
Superbientes Amnis obiectus vias
Agris timendi; ſive inſuſu Principum.
PALATIORVM ſurgit excelſum decus,
Atque ſaciant. teſta culmen Barbarum
Suſſulta Pilis, in ſuum finem ruunt.

Quicquid ſuſcipit deſtinatur ſeculis,
Heredibusque poſtumis inſcribitur,
Mox lancinatis literarum duſtibus,
Vocumque membris ſponte diſſulſantibus
Antiquitatis vindictæ perdit NOTAS.

At tu, ſupremum STIRPIS ANTIQVÆ jubar.
Alumne Cœlis, CÆSARIS MAGNI genus,
Qui das vetuſta poſt futuris ſecula,
Bataviaq; gentis Eoa ſonos
Pelumq; terris, teq; nobis, dum licet
Succurre Mundi SCALIGER damno. TVVM
Te TEMPVS audit. Te decet Luſtris dare
Leges, & annis. Ille ſelici manu
Feruentis Ævi raptus ex INCENDIO
THESAVRVS, Orbis NAVFRAGI lecta tua
Dextrâ TABELLÆ, parq; VELSERI labor,
Perſa dudum clauſtra privati Laris
Ibunt in auras, Regna nec poſthac ſerent.
Nocturna, ſequæ mancipabunt publico.

Nono Parentum maximorum Fœtus
GRUTERVS abſumit primus allucis Fœtus,
Induſtriaque munus obſtricta
Promiſit: ille tot virorum nomina
Invidit Orco, totque laudes Cœlitum,
POSTLIMINIQ; IVRE luci reddidit.

Cuſtos inertis ante Cocytis Canis
Cogente magno vidit Alcide diem
Miratus ore triplici Solem novum,
Vicarioque ſancta letho Theſſala
Vita recepit lumen impenſum vtro.
Blandum ſonante Divi horrendas Lyra
Demulſit aures, coniugem qui perditam.
Recepit Orpheus, & receptam perdidit:
Tenace Mortis impedimentum compede
Ars Eſſenſis liberavit Virbum:
Et abſoluto jam colui penſo ſemel
Nonata nentes fila laſſurunt. Deus.

Plus ille fecit, qui tot ACTI TEMPORIS
RES delitere non ſunt merſas STYGI,
Per quem ſenectam nulla MOLES priſtini
Perſenſit Ævi, nec datum LETHES aquis
Opus caduco Regiam ſumptu perit;
Et Mortuorum (quis putes?) MANES ſuis

VIVVNT

SACRA:

PUBLICA:

quorum vix
Inſcriptiones
reſtat:

quæ prode-
unt; auſpiciis
SCALIGERI,
&

VELSERI,

Opera GRU-
TERI.

ET EDMI-
ON.

Ingenii sunt ista tui: quid, quod magis; olim
 Florebunt cultu splendoriora tua.
 Ipsaque in hoc dicent se lapsa furentibus Hunnis,
 Veneranda magis te renouante forent.
 Qualis supremo sibi praefixa funere Phoenix
 Pulchrior exusto fit recidua rogo.

IANVS IACOBVS BOISSARDVS
 VESVNTINVS.

Praclare vitam instituit; cui cura iuuare est
 Proximum, & humana commoda amicitia.
 Conatus qui omnes huc dirigit, utilis ut sit
 Omnibus; & proposita qua ratione potest.
 Ille bonos inter radianti fulgidus ostro,
 Lemnisco frontem circumeunte, micat.
 Illi aeterna offert victtricem Gloria palmam;
 Caesariem lauro virgine cingit Honos.
 Ille Deus carus mortalibus audit:
 Securoque premit pulla feretrapede.
 Quod sitares habeat sese (quis vera negabit?
 Nisi cui sit fatuo pectore sensus hebes.)
 Praemia quanta tibi tandem, quae encomia soluet
 Facta tuo locuples munere Posteritas?
 Nulla atas unquam sacris ventura futuris
 Aequabit meritum, magne GRVTERE, tuum.
 Non tantum calles sanctarum dogmata legum,
 Quae docuit sacro carmine diua Themis.
 Sollicita arcanos Naturae indagare motus,
 Et rerum causas querere castus aues.
 Nosti praeiterito, & qua nostro tempore gesta
 Traduntur longis condita in historiis.
 Nec satis hoc visum est: Ne quid nescire puteris,
 Ingenii vires porrigis ulterius.
 Quicquid diuersis Oblitus texerat arvis,
 In clarum certas id renouare diem.
 Quod commune tibi est cum multis: attamen ipse
 In vita superas quemlibet inuidia.
 Multi doctrina, multi ampla laude celebres
 Hoc studium pridem proposuere sibi;
 Prisca antiquorum scriptis monumenta notare,
 Et quae marmoribus sculpta vetusta patent.
 Quaedam Mazochius, Panuinus multa reliquit;
 Quorum auxit doctus quondam Apianus opus.
 Roscius hos, atque Vrsinus, Peldusque, secuti,
 Clusius, Occo, Valens, Lipsius, & Smetius.
 Idque iter ingressi Roussatus, Scaliger, atque
 Cnibius, & magno non minor Aldus auo.
 Atque alii, qui successu felice potiti
 Illustres inter promerere locum.
 Sed tu horum insistentis ausis, progressus es ultra,
 Ad maius spirans sedulitate decus.
 In medio socios stadio dum namque relinquis,
 Meta extrema citis est tibi tacta rotis.
 Collecta à reliquis auxisti, eademque repurgans
 Mendis (diuersi quae scatuere libri)
 Ad primum rursus splendorem manare ducti,
 Solerti gnarus scabra polire manu.
 Discerpsi Hippolyti membratim frustrare sumens
 Prisca illum visa munere restituis.
 Fecisti ut formam vestiret ubique probatam
 Indigesta inter ruderum congeries.
 Nam quod seiunctum à multis per membra relictum est,
 Per te unum in corpus redditur Imperium.

ANTONIVS MAVCLERQVIVS.

Has quis delicias, delicias Deum
 Vincentes, liquidum nectar & altilis
 Quadras ambrosiae scilicet, è sacra
 Nobis largistue suppeditat penu?
 BIFRONTIEM veteris fabula temporis
 IANVM tam dubiis laudibus extulit,
 Ut nunc vix aliquam reperiat fidem:
 Te sed tergeminis praemia laudibus
 Non incerta manent, IANVE, virum decus
 Doctorum radius qui Sophia nitent.
 Nam quod grandius aut magnificentius
 Posset surgere opus cuiquam opere hoc tuo?
 De quo cuncta licet maxima dixerit,
 Hic aut ille, tamen dixerit is parum:
 Nedum vaniloqui palleat ad notam,
 Muesoleion opus si ferat alterum,
 Miraclicque ideò nomine dignius
 Octaui, omne hominum quod stupeat genus.
 Quicquid fida tibi marmora suggerunt
 Orbem per triplicem; more modq; Apis
 Mutas Pierios continue in favos
 Distinguisque suis ordine cellulis.
 Ecce ut multa Deum, multa hominum, sui
 Qui quondam fuerant seculi adorea,
 Laus istis niteat suauiter areis!
 Haud vsquam videas surgere lasius
 Florum mille acres, quos color atque odor
 Carptos vngue quidem Pallados arguat,
 At natos bisido Calliopes iugo.
 O salve veterum fama Quiritum
 Graiorumq; nigris obsita nubibus!
 Iam priscam faciem sumis & emicas
 Maiorum radius amula siderum.
 Iam semper iuuenas conspiceris; nec est
 Quod dentes metuas Temporis inuidi:
 Immortalis agis, facta tui fabra.
 Hac GRVTERE tui est gratia muneris
 Quam grato celebret pectore Theseus,
 Quam grato celebret pectore Romulus:
 Tanquam qui videant mnema datum sibi
 Qui non esse queat mnema superbius.
 Solui ergo metuens penna superstitis
 Rumor superis te sociat chorus;
 Ac frontis gemina IANVS eis clui
 GRVTERVS geminam quis faciem, rogo,
 Dicendus gerere est, hanc nisi nunc geris?
 Heroum dum animas mille virefcere
 Constantique iubet viuere gloria.
 Dum non illa modò cernis item ac foues,
 Quae sunt quae fuerant nuper herique; sed
 Aetatum spatio sexdecim & amplius
 A nostro penitus segregata tempore.
 Imò iure Deum concilio clui,
 Aeuoque huic iridem, IANVS opimior.
 Quem sic fœderibus iuncta adamantinis
 Virtus ac Pietas altius eleuant
 Ut vultus valeas sumere bis duos
 Ac IANVS QVADRIFRONS esse, gemente vel
 Ter tristi Inuidia: praecipue decus,
 Sustentante tuum grande DVVMVIRIS
 Illis Cecropidum ac Romulidum rei:
 Planè SCHALIGER hinc dum iuuat, hinc suis
 VELSERVS studiis auspicio pari;
 Theseus vnus adest alter & Hercules.
 Quos dum cogito; non amplius istius
 Molem ingentem operis, comparo seculi
 Miraclic veteris septem: id Olympicum
 Sed caelum potius dixero, quin id est
 Caelo caelum etiam maius Olympico,
 Quod tanti ille DVPLEX aestimui putat
 ATLAS, ut humeris sustineat suis.

CUNRADVS RITTERSHVSIVS.

Ἐρίμματα συνίξαντο· ἰνιγυλὺμινά κ' ἔτρεας
ΓΡΟΥΘΗΡΟΥ ἀδ' ὁμαίτι γράφει κλυτὸν οὐδ' ὅμα Φήμα,
Μνημοσύνη τ' αἶσα Δι' ἀφ' ἡμῶν ἀπ' αἰῶνα.
Χάρις, Φίλε ΓΡΟΥΘΗΡΕ, πόνυ κλῖ' ἔσσοτ' ὀλέται,
Πίστες τι κερπέες κοινῶν πρὸς ἡδ' ἀδ' ὁμαίτι.

Idem de obitu FVLVII VRSINI ROMANI.
Ad illustr. MARCV M VELSERVM Reip.
AVGVST. II Virum.

VRSINVM quo vix probior, vix doctior alter,
Vix senior domina vixit in Vrbe Viro,
Emetitum pridem, sed adhuc praelara merentem
De studiisque bonis & genus omne libris,
Communem ire viam postquam Mors impia adegit,
Nec potuere virum tot merita eripere:
Omnia complebat mæror loca peruia Musis:
Omnia erant gemitus, omnia squalor erant.
Omnis & est Helicon luctu concussus, & omnis
Turba ruit, vulsis crinibus Aonidum.
Te quoque, quem impositum fulgenti Gloria curru
Pieridum hatid vulgò per loca nota rapit,
Augustâ, VELSERE, nihil quo Augustius Vrbe
Iurat se Aonidum nosse loquue chorus,
Vidimus humenti tergentem lumina dextra,
Dum desiderio carperis iæte pio,
Suspirasque tuos luctu deperditus ignes,
Et bona, quæ pariter totmoda Mors rapuit:
Hæ bona, præ quibus ignores Iouis altitonantis
Nectareos latices Ambrosiasque dapes.
Viuebat quippe ille tibi notissimus, & tu
Pendeas veris hæc bona ponderibus,
At nunc parce oculis tandem, VELSERE, fugato
Et gemitu pectus solue age lætitiâ.
Hem, luctum qui mutet adest in gaudia, prestatque
Vbertim VRSINI funere damna data,
GRVTERVS, cuius catæmens opus arduum & ingens
Molitat, à tenebris vindicat atque situ,
Illustri inque loco tanta inter nomina nomen,
Letheis, statuit, ne rapiatur aquis.
Felix tanta operis structurâ! nulla dies cui
Vnquam tabifici damna ferat senii.
Per quem tot lapides vocales, saxaque fiunt
Non muta ex mutis, inuida num poterit
Fama silere virum? Per quem tot nomina viuunt,
Credamne hunc vilo tempore posse mori?
Quod facis, huic, VELSERE, operique viroque faueto,
Præbet cui liquidum & SCALIGER auspicium.
Sint modò Patroni studiis, artesque vigeant:
Vrsinosque etiam Teutonius ora dabit.

P. BERTIVS
Æternitati Sacrum.

TEMPLA, Arcus, Statuas, magni monumenta laboris,
Imperij sui, vacuum struxere per orbem
Romani rerum Domini, gens Martia; eundem
Finem Urbis Orbisq; rati. Nunc plurima cernas
Conuersa in Cineres, multa abdita, cetera passim
Diuisa, heu miserum! vix ut cum nomine restet
Vmbra atque imperij falsa sub imagine truncus,
Aut siquid trunco truncum mage. Scilicet illa
Quæ dedit una dies, mox altera sustulit. At ne
Reliquias seculi veteris populi que Lurisum
Fata eadem eriperent nobis premerentque tenebris
GRVTERI effecit mens enthea; qua simul omnes
Romani Imperij percurrrens undique fines,
Hesperios, Gallos, Græcos, Parthosq; fugaces,

Sauromatas, toto diuisosq; orbe Britannos
Marmora collegit, lapidesque & saxa reponens
Ordine distinxit; totq; & tam clara reperta
Tot statuas, arcus, cippos, vastasque columnas
Complexus doctis tabulis, ne tempore possent
Absumi iussit simul æternare. Quid ultra
Mens humana queat? Quod non potuere minaces
Instructæque acies, quod non signa atque cohortes,
Victricesque Aquile, aut populi Fortunatogati,
Æmulus Alcide potuit GRVTERVS. Abite
Qui Martem Phæbo aut Musis præstare putatis.

IOH. ISACIVS PONTANVS.

DVm quondam Romana manus victricibus armis
Et deportatis terraque marique trophæis
Imperium extendit qua respicit vltima Thyle,
Et simul Hesperius simul huic pareret Eous,
Haud peritura sui voluit monumenta laboris
Erigere; & passim iam signa beantia cælo
Æternis dederat saxis, nisi auara verustas
Saxa peredisset, fecisset nublia signa:
Sed verus atque nouum duo doctus secula GRVTERVS
Et cuncta ingenio renouans antiqua Reperta
Hæc etiam incensus cura, dudum auspice magno
SCALIGERO, quicquid ROMANVS terminat ORBIS
Ingenio aut vidit, seu charis notus Amicis,
Europæ extremis ea cuncta reportat ab oris,
Et ROMANVM ORBEM nouiter nostro excitat orbi,
Atque illum melius mansuris fundat in agris.
Macte animis, vir magne, istis, & viribus istis!
Non tibi vel MARIVS certauerit aut MARCELLVS
Imò ille ipse suos submittat SCIPIO fasces
Martia qui toties spectanda Quiritibus ora
Præbuit, & toties laceras firmarat habenas;
Verum illi partem Imperii pro viribus auctam
Et defenderunt & latius asseruerunt.
Vnustu totam ROMANAM restituis rem:
Vnde etiam STATOR IMPERII nunc solus habendus.

ELIAS REVSNERVVS.
MEDIC. ET HISTOR. PROFES.

SEptem mirata est Orbis miracula vetustas
Dædalea quondam quæ fabricata manu.
Nil hæc ad tantum, Herculeo GRVTERE labore
Arteque Dædaleâ quod modò condis, opus.
Romulei hoc omnes Procerumque Deumque colossos
Pægmataque (& quid non? exhibet Imperii.)
Macte tuo genio! non hoc, velut ista, vetustas
Destruet, aut cariem sentiet atque situm.

IOAN. IACOMOTIVS.

QVId poscis monumenta tibi GRVTERE parari
Quæ te loquantur mortuum?
Viuis adhuc gratus superis, & gratus amicis,
Gratusque Musis omnibus.
Fas viuos tumulare verat: post funera demum
Tristes canantur Næniæ.
Ergo viue tibi charus, cœptosque labores
Ad vmbilicum promoue.
Nam dum quæ tandem carpit cariosa vetustas
Inscripta bustis nomina.
Heroum cippos, semestum marmor, & æra,
Sculptasque moles arcuum
Restituis, nonne ipse tibi immortale sepulchrum
Heroas inter extruis?

FRIDERICVS TAVEMANVS.

Palladia monumenta rei, qua sequitur alas
Obruit, antiquis eruta & vsa viris,
SMETIVS in lucem numerumque coegit & usum,
SMETIVS Ausonica prima columna rei.
LIPSIVS hec auxit: distavit SCALIGER, at nunc
Instat odorifera nare sagace canis,
Omnibus e Mundi vestigasti omnia lustris,
Nobilis Aoni pompa GRVTERE chori.
Qua Lapidis atque Ebori Chariaq; INSCRIPSIT & Aeri
ORBIS, in hoc prostant orbe coacta Libri.

EILHARDVS LVBINVS.

Imperium sine fine dedi, tibi Roma Poetas
Mirabar dixisse olim, manus hostica Galli
Savromataq; truciis quam fundo euerit ab imo,
Mandaci insimulans diu enthea postera vatis.
Abstulit hunc tandem errorem absolvitq; Maronem,
Centum oculis Argus IANVS sacra omnia munda
Intuitus, velut aliusvolans Iouis armiger alas.
Qui laceram & cunctis distractam paribus orbis
Vi quondam Hippolytium dilatum hinc inde quadrigis
Restituit superis mira arte Coronide natum,
Colligit & iungit dextra inuicta ardua saxa
Inuicta & fuso maiora atq; imbribus aui,
Velleri magni auspicio & ductu Aligeri alti:
Auspicio meliore tuo, fide Iliæ Marti
Quem iulæ, & cadem armaui furor asper in huius
Quicum olim hirsuta in silvis trahit ubera mamma.

MICH. PICCARTVS.

Magnorum scriptis solio olim electa virorum
BARBARIES fugit ad sola sola fuga.
Tumq; suis studiis honor & sua premia doctus
Constabant, Musaq; exercere caput.
Hac ubi fœderunt blatta voluentibus annis,
Inscitq; rudis curâ magisterit;
Exilio rediens amissum aspirat honorem,
Atq; locum sceptris optat ubiq; suis.
SCALIGER ille Deum genus, hoc unoque Parente
Quod non se similem gignat & ipse, minor
Ingenui hanc cladem, GRVTERVMQVE incitat auctor,
Plenum illud fida pectus Amicitia;
Occurrat tanto scelere quæcumq; liceret:
Ille docet lapide & monumenta loqui.
Audit BARBARIES, & Deme nunc ait, actum est.
Hac sola potui morte manuque mori.

IOH. VLRICVS CONSIL.

Ducis Bipont.

Qui nesciunt quod ante se natos sunt,
Futura nec prenoscere;
Interpretari nec valent presentia,
Pueri usque ad extremum diem.
GRVTERE in futura cum nonis doces,
Antiqua cum presentibus
Et comparare & comparata publicum
Iube in usum serpere:
Labore quanto (nam filebo cetera.)
Monumenta qua sunt aspiciam
Qua Solis it reditque cursus, & notas
Antiquitatis publicas
Describis uno sedulus volumine
Et sumptuoso & pergrauis;
Tentato & hinc & hinc; at nemini tamen
Perfectum ad unguem condito.
At ante quod sexcentis prius a præce
Nunc publicâ exorabo te:
Dias in auras luminis velis dare
Tame lecta pulchrè distaque
Historia in omni. Aut si putabis iam satis
Fecisse, & altera alteris
Mandare vis; errabis. Ut sunt nunc Sophi

Sibi negata denegant,
Aut astra & astris altiora cogitant,
Diuina mortales viri.

IOANNES MEVRSIVS.

Letior immensum Phæbus percurrit Olympum
Accenditq; suo clarior igne diem.
Nigraque nulla regit nubes, patet undiq; calum,
Lunaque inoffenso lumine nocte micat,
Insolentique æther lucem miratur in axe,
Et facie cerni fulgidior iuuat.
Et stupet & nescit qua sortis causa benigna,
Vnde sibi veniant gaudia tanta later.
Sed nouit Phæbus: neque enim res fallere certe
Vlla potest cæli Numina: cuncta vident.
Aspicit excelsa rursum post secula Roma
Magna per artificem surgere tecta manuum:
Et totum præcis regnasum legibus orbem
Ausonia domino subdere colla iugo.
Scilicet id gaudet, perque æthera veltus apertum
Gratatur Roma pristina regna sua.
Iupiter æternam Veneri promiserat urbem,
Cœperat ille tamen penè cære fide.
Nam misere collapsa sua que sepulchra ruinâ
Nunquam posse caput tollere visa fuit.
Quaque tot attulerant extremam gentibus horam
Fata timebantur conteritura semel.
Et me uis, si non aut enthea Scaligeri vis,
Labentem prompta sustinisset ope.
Aut inaper seros pietas memoranda nepotes,
Maxima Vindelici gloria Marce soli;
Aut etiam flagrans solertis cura Grueri,
Quem dñero eduxit Calliopea sinu.
Nunc erit augustos iterum cognoscere fasces,
Nota iterum trabea, & sella curulis erit.
Sanctaque discentur venerandi iura Senatus
Rostraque linguarum nobilitabit opus.
Cernentur curiæ cum tot victoribus aliis,
Ardua Tarpeis scandere tēpla Iouis.
Rursus ad antiquas descendunt Numina sedes,
Ac calum in septem montibus esse putat.
Quæcumque & domina miramur in urbe fuisse,
Omnia nunc se conspicienda dabunt.
Felicem animam quorum virtutibus ista
Præmia nobilibus fata dedere pia.
Debeat, ut vestra pietati Roma salutem,
Et vestrum teneat munus in imperio.
Suaque qua dominos antehac agnoscere nullos,
Sit dominos posthac vos habitura suos.

D. HEREMITA ANTVERP.

PHÆBUS diis rector, & noctis parens,
Alternâ lucis diuidens mundi globo,
Metat citato terminos cæli gradu;
Lucemque nocti munitâ ponit vice;
Vicemque secum ludit humanam, trahens
Vnâ sub ortum quicquid hic rerum sator
DIES sub auras ducit, æque oriū simul
Uchens in atrum noctis æterna chaos.
Hoc circinato cuncta voluit amibem,
Vnâque sese versat; at constans sibi
Discedat idem semper; atque idem redit.
At hic caducūm degēnēt mortaliūm
Molitur agris quicquid in terris manūs,
Circâ fugaces TEMPORIS rotas ruit:
Iactatur orbem circum, & in malum suum
Luctatur, & se pascit infelix malis;
Et usq; ducit, ut modo radens fuit
Sese nocendo perdat, & se vindicet.
Si forte gratâ ducas hac Tempus morâ,
Moram superbo duplicat ludibrio.
Sensere matris Imperi fastos vagos,
SOLESCVNT MVNDI, principumque munia;

Late Tyrannum quous prius GRATUM manno
 Tractare frena mobilis Regni dedit:
 Ulro potentis unius tantum timens
 Quo sola cunctos viribus subdat suis:
 Cunctosque tandem quia timere iusserat;
 A se timere iussa, nec sese talis;
 In seque lapsa, fassa & impotentia
 Lusumque fuit. Postmodum tibi feror
 Fasces QVIRINVS, in sinum felix maluit:
 Mundique circum terminos finem ambient,
 Invenit in se: ceteros vicit manu
 A seque victus, seque submisit sibi.
 Nec ipse fugit Temporis ludibrium
 Aevi procellas sensu, & fluctus vagos;
 Orbisque rerum, terminosq; mobilis;
 Et mole victus ipse subfedit sua.

Tyranne TEMPVS, tuque qua bonis feror
 FORTUNA damno ludis & gaudas tuo,
 Semperne ludes? semper obtusa tuo
 Timebit alio quisquis in gradu sedet?
 Per te sepulta est GRACIA; & busto carens
 Infansa cineris tymbon infelix gemit
 Iaceatque per te ROMA: nec ROMAM tibi
 Tantum petisti; vindicet fama necas,
 Vitaque testis; cladebusque pascere
 Anara rerum: discoquisque quicquid est
 Vastat per orbis diffusum compagina:
 Nec morte tantum, casibusque civium
 Satiata & Urbis; at Cadaver invada
 Tumulumq; tangis, & columnarum globos,
 CIPPOSQUE longi funeris tristes notas;
 Quis se fuenti pronida ad secli meum
 Manavit ipsa; conscia & facti sui,
 Et imminenti augur ipsa funeri:
 Mortem videndo posse se negans mori.

Anare parce, parce: ne desis tibi
 Lugere qui te possit, & damnum tuum.
 ROMAM precamur; que suos casus timens
 Futura Fama ne quicquid angere sua,
 Tumulum sacravit, & sacrum SAXO locum
 Munivit, AERE vinxit & FERRO ambois:
 Hec sola Fati foverat sol. minia;
 Famam ut fuit in prorogaret Siculi.
 In ista TEMPVS vixit, in Tyrannidem
 Nunquam quietum, ut nec quidem parcat sibi.
 Tandem misertus SMETIVS, quassa manu
 Porrexit urbi: dumque spem vita facit,
 Vindex Latina LIPSIVS suade subit;
 Quidvis paratus ferro, dum suam sibi
 ROMAM ruentem redderet. Sic bi simul
 Moras fugaci compedes aeo parant:
 Fessique querens, qui mali tanti potens
 Fortes cruenti diluat furi minas.

Inventus ATLAS, pondus hoc victor suis
 Qui ferret humeris, Liberum ROMAE diem
 Servaret, ipsis dum fauces nepotibus.
 Ludens superbi TEMPORIS tyrannidem.
 Subvenit alto sydus emissum polo
 IULI propago, temporisque pristini
 Vindex, suique: Magnus ALCIDES: cui
 Non Hydra centum pullulans cervicibus,
 Non fabulosus adstruit nomen Leo:
 Sed monstra centum, qua vorax rerum Diu
 CADMI misellus FILIABVS illinit.
 Gaude QVIRINE, produci alter IULIVS
 Magni tonantis natus, & partus Deum;
 Maior futurus IULIO, maior tuo.
 Late patentes qui tibi orbis terminos
 Emensus vni est: te sed hic tandem tibi
 Reddetque, & illum qui tibi mundum tulit.
 Sperato vitam, vita dum manet tua
 Qui regna rursus intraque extendit duces:
 Plausum QVIRITES, & parate CIVICAM

Victor triumphat SCALIGER: Linguis lo
 Faute cunctis. Quid moramur aureos
 Hinc curules: ambias Laurus caput;
 Curruque lambat vitia temporum coheri.

At tu superbe victor, alto despicere
 Circumfluentis gaudio QVIRITIVM
 Turbas tuorum; despicere angustas manus
 Tibi minantes: excipe has preces precor
 Laudesque victor, quas tibi parva flumens
 Hac mensa nostra destinavit vbera.

Et tu GRVTERE, Sic tibi sacris capuo
 Circum beatis frondibus cingant Dea;
 Illa perennis praefides PINDI Dea.
 Attollo calo verticem, & famam tibi
 Specta manentem tot per annorum dies:
 Sic perge victor. Siquid vixiam latet
 Te te vocabit: tendet ad te supplicis
 Manus QVIRITIVM, quisquis auxilli indigent
 Iacet sepultus, & sibi finis facit.
 Cessat GRVTERE? vita tot virum tibi
 Vitam parabit, quam nec annorum metus,
 Non iura fati, aut Calium vanus timor,
 Non ipse vasti diluat NEREI pater:
 Quam FAMA victrix temporum, Deum ordinis
 Adscribet, inter Syderum augustas domos.
 Brevesque vita terminisque lubricos
 Nomen perennis luce pensabit tuum.

SEBASTIANVS HORMOLDVS I. C.
 ac P. Nobilis. Iambis puris Senariis.

Nihil reor potesse gloriosius
 Celebrarique ducere, quousque Sol
 Recursat per huius Orbis orbicam
 Plagaq; quam scientis in omnibus
 Habere vel penum vel artis amphoram
 Recondita, fluentis instar alvei
 Peruberem perhumidamque plurimum,
 Id est profana multa, plura nascere
 Sacra, fert ut ordo quisque temporum.
 Sed bene GRVTERE tunc plurimifcine
 Et ille, promerensque nomen inclitum
 Habere, floridumque ferre perpetuum.
 Nec explicabo tanta dona fugius.
 Opus loquetur arduum, pol; aureum.
 Et omnibus proinde letitiantibus
 In orbe semet evidenter offeret,
 Et indicabit, esse nobilissimum
 Sui Patri simillimam propaginem:
 Nec est nihil, sub unico volumine
 Profana-sacra cuncta comprehendere,
 Quod heic facis reapse: quippe collegis
 In unicamque colligas libri struem,
 Vetus quicquid hacque nostra secula
 Habent ad orbis omne latifundium.
 Reconditumque creditumque millibus
 Vis, foris, vel in profunditatibus
 Humi: nihil reuelat iste promissus
 Liber. quid? heic obambulare cernimus
 Quasque semet introducer pati
 In urbium theatra, more Comico,
 Deum Deoque; templa, porticus, vias,
 Theatra pontiumque saxa quadra,
 Domes, lares focosque, tum Quiritium:
 Duce, deinde Flamini & Ordines
 Sacros, virosque saculari Ordine,
 Equestris inde, Militumque copias,
 Palatiumque Caesaris, nec unus,
 Sed omnium tot ante sacra Caesarum,
 Patres deinde Liberosque, coniuges
 Adinnicem, propinqua iura sanguinis,
 Debent heros pedissequeos, simplices,
 Genusque id omnisforme mortalium.
 Quid inquam? Volumen istud autem?

GRVTERE.

SCALIGER.

Adinstar est profecto mille millies
Librarius. Iobona faxis ut velociter
In hoc gravi labore, tum perutili
Eas, ad exitumq; porro pronebas,
Vi à labore pax quiesque languidum
Focillet, atq; recreet, sed interim
Tui cerniscet ampla fama nominis.

CHRISTOPH. COLERVS. I. G.

Πᾶσι ἀρχαῖα νοή, καὶ παντ' ἀρχαῖα διδάσκει
ΓΡΟΥΤΗΡΟΣ σφίσι φῶς μέγα Βελγοφύης.
Τὰντι καὶ Σκῆλαυς μεγάλη κείσσι. ὄντα κρύπτει
Πᾶσι τῶν πάντων ὁμῶς λήγουσι σφῶν.
Δοξομαντὲς τὸ ἥδιον διώκοντες χάριτων τὴν αἰσχροῦ;
ΓΡΟΥΤΗΡΟΝ μὲν ὅς θεμῖς ἐστὶν ἀρεῶν;
Cuncta antiqua tenens & cuncta antiqua professus
GRVTERVS magnæ est lucida fax Sophiæ.
SCALIGERI ipsius stetit hac censura, per orbem
Cuius in ore hominum grande sophos voluit.
Definis ambitio infinitas perdere chartas,
GRVTERI pingis quæ potuere manu?

MICH. VIRDVNGVS.

Vlgi profani postquam acuit semel
Pectus pertrans sedum, in anis
Exinde Mûsarum recessus
Me rapuit generosus ardor.
Vbi alma dum umbram saluum opacitas
Reconditorum prebet, & balneus
Aura veget diuinioris;
Continuo penitus medullis
Hansit furorem, mi simulac tua
Illa ingeni vis enthea percussit,
GRVTERE, mentem, qualis olim
Prodit ex Heliconis antro,
Qualisque solis nunc tibi inastuat,
Ardente vaturn pectora spirant,
Si quando prorupit, furentum,
Corripiens, animosq; flammant.
Hinc denantis repere semina
Turba recusans, tandem in arduos
Virtutis ocris, artiumque
Edita templa, ibique nostro
Si quis Deorum saculo amicior
Certare prisci, & dedis abdest;
Favente Phœbo Gratiâq;
Promere opes adytis Minerva.
Quin & Deorum si quis amicior
Sacro vetusto, inssis edacibus
Obnoxia annis; prisca saxum
Tot monumenta sacrare charta
Perenniter; iussit ut amulus
Urfinianum clarus adoream,
Et viuum & post fata Fama
Conspicuo ucherere curru.

CVNR. SCHOPPIVS FIL. poeta Coronatus. P.

HVC ades, atq; animo presentibus immorare chartis,
Antiquissimum quisquis affirmator.
Qui multis tituli veterani hinc per remotiora
Inscriptionum consistit caro:
Hos tibi GRVTERI sapiens labor ordine vniuersos
Compendiosè sistit inuendos.
Nec satis hoc: melior distinctius expeditum ut index,
Quem quidque ad usum debeat referri.
Quæ quidam vident, apicis licet, aq; desitaram,
Corrupta retrincentia litterarum:
His tamen absque fides, na plurimâ titulum priorum,
Caligè pernox pressit sepulchra.
Quæ magno quoniam sumptu procul impetrata donat,
Auctor sueta pro benignitate:
Ingratus fueris, tanti nisi feceris datorum,
Quantis tot annis manus expetitum.

Ipsæ adeo infandi penitus bene conscius laboris,
Inscriptionum dedicabo saltem:
PER QVEM MILLE HOMINES A PERPETE MORTE VINDICA-
GRVTERVS ILLIS LONGIVS PERENNAT. (TI,

PAVLVS A GISBICE.

Aspicè diuinum, Lector cordate volumen,
GRVTERI ingenium quod dat in ora virum:
GRVTERI, cuius non possum dicere nomen,
Quin prius ad celsa sidera laude feram.
Quid non sedulitas, quid non cura improba vincat,
Aureum & angustum te docet istud opus.
Quantum est Orcinis monumenta tulisse tenebris,
Et bene cuncta suis disposuisse loci!
Debita magna quidem VELERO gratia, maior
SCALIGERO, verum maxima IANE tibi.
IANE, inquam, GRVTERE, tibi, vir summe virorum,
Vista cui palmam Pallas utramq; dedis.
Sed quid ego de te? quæ sis opus approbas istud;
De quo iam liceat dicere iure mihi:
NIL MELIUS, NIL SPLENDIDIUS, NIL DENIQUE MAIUS
GRVTERI DIO SOL VIDET HOC OPERE.
Hoc presens coles hoc, veniens mirabitur atas;
Mirari ROMÆ discet & inde decus.

ARNOLDVS MYLIVS F. Birckmannus.

IANE, o posteritatis innotator,
Mel merum Latius Gracique,
De cuius nomen graui labore
Lis est, utiliorne doctiorne.
Quando hoc insilio tuo theatro
Quotquot sunt veterum recentiumque
Cyporum facies, in vniuersum
Orbem mutis, & omnibus legendas
Spectandasque leni labore prebes:
Quo tecum rapis impetu tot artes,
Artes præcipuasque regiasque.
An quo Lipsius os Latinitatis?
An quo Suetius orbis ille prisci
Index? quo Bætanus volasse Cygnus,
Solus non metuente feritur ala?
Supra vulgus iners & imperitum,
Supra sidera fornicesque celi.

LAVRENTIVS FRISAEVS. P. L.
Puris Trochæis Senariis.

SI GRVTERE non tibi celebratam
Nominis iulare lucubrationes
Tot benignitate Numinis, sub auras
Edita, quibus Latinitatis arua
Atticumque rus, velut laboriosus
Agriculus impigre satis secabas,
Aque Barbarum rigore vindicabas.
Hoc opus profecto qua globosus Orbis
Calicemque se palatium patenter
Explicat, celebritate Nominis io
Digniter beabis, indidemque famam
Aureis ad astra promebet quadrigis.
Namque quid vetus notumque paginis est
Creditum, vel vspiciam reconditumque
Seculis ab vltimis, LIBER quod iste
Non reuocet, atque in ora doctiorum
Mutat. Hic honor Deumque Gemmæque
Terminat; profana, sacra, luculentè
Hauriuntur. hic habet quod Imperator
Rexque, Duxque, Nobilisq; cætu, atque
Simpla plebs, Patresque, Liberosque, Serui
Et pedissequa procaciter capebant,
Mentibus tenaciter suisque figant.
Verbulo loquar. potest VOLVMEN illud
Instar esse mille millies Librorum.

IOH. HVSVEDELIVS.

Quos titulos, quam non meritis tua cura coronam?
Quod marmor, qua non era sacra tibi?
O pie productor veterum GRVTERE Virorum.
Priscarum rerum nec minus alter Atlas.
Quicquid apud Græcos Italosq; latebat; in orbe
Hesperio quicquid Tentonioque fuit:
Ecce suis pulcre latebris procedit, & umbris;
Solarisque audet luminis orbe frui.
Inre igitur passim Veteris Pater Orbis habetis,
Per quem orbis veteris Resque Viriq; vigent.
Hecq; GRVTERE magis; metuant quod tempore nullo
Inmolis deinceps nigricoloris Chao.

ALB. EVFRENIVS.

Quod vitam extinctis reddas Gratore sepulchris;
Magnus es, Arcadio maior & ipse Deo.
Illo quidem vitâ sanctos renocavit ab Orco,
Vivere in (mirum) munda sepulchra facis.

MARTINVS BRASCHIVS Poëtes Profess. Rostoch.

Vos ad Remuleam qui sic contenditis urbem;
Qui petitis celeri Gallica rura pede;
Et quibus Hispanam cura est iussere terram;
Et quibus Almanni ingera lata soli;
Quiq; ultra Hesperis Gades, pomaria mundi,
Exploratensq; ultra deproperatis iter,
Visere magnorum monumenta antiqua Quiritum;
Hac quoniam vobis unica causa via est.
Si qua vetustatem & Martis fugere tumultus,
Si qua sit & tenebris exermere caput.
Nunc satis est: illam iuvenes compescite cursum;
Vnam pra multis prestat inire viam.
Qua petitis toto orbe vagi, locus offeret unus;
Hic ubi Musæ iura GRVTERVS habet.
Atlas antiquus, fANE imperterritus seclis
Tanta tunc potes condere molis opus?
In quo concludas trifidum dispersa per orbem.
Cerni milenis vix solita ante locis?
Magnificas victorum Arcus, vastaq; columnas,
Cum Cippis Tumulos, cum Statuis Tabulae.
A te demittunt se dicet Onustius, a te
Suavitus, & quisquis tale quid ausus erat.
Huc igitur vertatis iter iuuenilia corda:
Pro toto vobis Orbe GRVTERVS erit.

P. SCRIVERIVS.

O quanti Heroes! qua Nomina denique! corid
Non alio ferri clarior ore potes.
Hic quia me nebulae stellis adspargere cogit,
Gratulor, o, studiis vir generose tuis.
Gratulor huic operi, nec enim Doms obruit, aut mo
Letta Promethei diuidit herba iugis.
Non ego me viduas nuduq; per oppida ducor,
Vt cum cum docto nil Helicone foret.
Non ita: Pegafidæ parâ colo munda Sorores,
Et Phœbum, sacris qui præt ipse choris.
Ita procul cura, durum genus, ita labores,
Alterum non sit qui suum esse potest.
Phœbe faue, tuus hic vni tibi seruit alumnus,
Vique tuus nunc est, sic quoque semper eris.
Ante iugo fortes submittens colla Batani,
Sauaq; dedisset, praelia toruus Iber.
Quam mihi displicent placida pellacia Musa,
Sic ego sim restor temporis ipse mei.
Caltra vocent alios, vocet Indus, & Africâ dimitt,
Ipsaq; aromatico terra Moltica sinu.
Sollicitentque alios tituli, sellaq; curules:
Me vocet ad partes bibliotheca sua.
Hic ego securus dulces ante omnia Musas,
Cumq; his DOVSIADÈM IVLIADÈMq; colam.
Téque colam GRVTERE, memi qui pectore rose.
Differeam, totus ni tuum esse velim.
Sic opus æternum vinas quod mittis in ora
Publica, cumque illo in quoque semper onet.
Plus equidem quam si Gatula mapalia victor
Traxisset fortis sub tua iura manu.

Plus quam si rostrum, fractaq; trivernis aplustros;
Signa reportasses seu veterana domum.
Laureâque in gremium posuisses sortis Tenantis
Ardens, ac niuis conspiciendus æquis.
Matto animo, quæm rarus habet, non barbarus vsenti,
Non Mathe, non istud Curio præstat opus;
Non quid aliis tantos tolerare labores
Natus, at ingenij cura sit ista tui.
Ille per Ausonius Monumenta legenda ruinas,
Ille per imperium Roma legenda tuum,
Non mihi desultor studiorum colligas olim
Non bene sic tantum perficere cur opus.
S METIVS hic aliquis, seu verò LIPSIVS æsto;
Seu mago GRVTERI vis generosa mei.
† Huic labor, o vappa, constantiq; ipsa laboris,
Morsque adeo egregia parâ labore placet.
Scruta inuenit alios, hac hac Epigrammata LANVM
Non male per longas desinuere moras.
Hac, inquam, Statuis & sacris eruta Cippis,
Nomina GRVTERVM detinuere manu.
Pandemusq; istas, Eni Monumenta prioris,
Suffundit templo dia Moneta tuo.
Spissum opus, æternos sed quod promittat honores.
Nec inuat ex humili læta corona iugo.
In steriles campos noluit inga ferre iuuenti,
Pingue solum lassas, sed labor iste iuuat.
At vos Æneides, tumulis quos abdidit olim,
Et cineres isto Mors habet atra loco,
Gaudete, atque adeo (si quis modò sensus in urai;
Si quis amor laudis, gloria si qua maneat.)
Ita triumphantes, nam cum tot nomina vestra
Decidua posses perdere casus aqua,
Aut adera errantes, sterilibus ferocia fici:
Quandocumque saxis mors sua quaque venisset
Nunc secura vigens vultus induta charis,
CÆSAREOq; hilari fronte recepta sinu.
Non ea nunc metuunt capri mala robora fici,
Non metuunt imbres horride disse tuos.
Iuppiter irridens te, si fas dicere, pensi
Nec faciunt omnes quas iacularis aquas.
Tu licet impugnes impæstis orbibus orbis,
Marmorâque hac medio qua fugis umbra dis;
Pyramidâq; ausus vicinam attingere calum
Tu licet assidue sternere labes pares:
Hic nihil efficias, magis are perennia perstant,
Solaq; non norant hac Monumenta mori.

† Allusio ad
 Gruteri scitum:
 LABOR &
 MORS.

ALIVD EIVSD.

ARMORVM LEGVMq; PARENS cum subderet orbem;
Imperiumq; eius iam sine fine foret,
Invidiam mouit: nam cum casa prima QVIRINI
Nil præter salices cannaq; vili erat,
Extulit alia caput, paruaq; a sede profecta
ARX REGVM, & nullis ROMA secunda fuit.
Trux CRONVS infremens, nec tanta defuit ira
LEMNIVS, & gentis MARS pater ipse sue:
Incubere omnes, totamq; exscindere terram,
Pyramidâq; altis sternere cura fuit.
Nontamen ANNORVM SERIES, non FLAMMA, nec ENSIS
Æternum potuit hoc abolere DECVS.
RELIQVIE superant: sed quas quoq; tollere TEMPVS
In barathrumq; IGNES, vel dare BELLÂ queant:
Ni vetes antiqui reparatores SCALIGER æni,
VELSERVSQ; atavis non minor ipse suis.
Ni vetes & Musis nobisq; GRVTERVS amicus,
Qui legit intactas VRBIS & ORBIS opus.
Et nunc exit onans STATVIS comitatus & ARIS,
Non una quondam qua nitere fore.
RELIQVIAS dixi? debebam dicere ROMAM;
Namque sub obtutus hac venit ipsa tuos.
I nunc atq; nega nostri TRIA NVMIMA sacri
TRES quatenus summos, exsuperasse DEOS.

FINIS.

AD LECTOREM.



VM ab omni æuo ea fuerit INSCRIPTIONVM & dignitas & æstimatio, vt qui ipsas non veneraretur, indoctus, non curaret, indoctior, non nouisset, indoctissimus semper habitus fuerit; absit eas elògio aliquò prosequar, ne hoc ipso non tam his fiat pretium, quàm sæculo conuiuium. hoc potius agam, nominabo quibus auctoribus atque adiutoribus hæc

— *inuisa notis marmora publicis,*
Per qua spiritus & vita redit bonus
Post mortem ducibus,

ceterisque Romani nominis hominibus, in huius corporis redegerim compagem. Nimirum cum ante annos XIII MARTINI SMETII Antiquitates cum vberissimo IUSTI LIPSI, publicè omnium, mei etiam quondam priuatim doctoris, Auctario, inusitata omnium exciperetur fauentia, ideoque instaret precibus apud Illustrum IOSEPHVM SCALIGERVM, PETRVS DELBENIVS V. C. egregieque de omnibus studiis meritus, vt Smetianæ Veneri ultimam adderet manum; tam honestæ petitioni minimè defuit. totiusque Europæ epigrammata reliqua, è libris, è schedis, è lapidibus solerter collecta transmisit HIERONYMO COMMELLINO disciplinis melioribus propriè nato. qui dum in hoc est vt inchoato illi operi ad præscripta lineamenta succederet, ecce falcem ei iniicit læua Mors, docetque

Hæu, nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis.

cui casui vt me subuenire iubet noster ille *Θεοπάμο*: quamuis viderem rei difficultatem, quamuis nossem vires proprias, quamuis absterteret amicus non vnus voce illa notâ,

Fallit te incautum pietas tua:

gnarus tamen Antistitem quemque impleri Numine cui seruit, amplexus sum obsequii gloriam, meque

— *fatilè labefecit loco*
Vire excellentis mente clemente edita
Submissa placidè blandiloquens oratio.
Etenim ipsi Di negare cui nil potuerunt,
Hominem me denegare qui posset pati?

In eo circo dum me totum vilitati tuæ impendo, Lector; nescio quis Genius clam insusurrare, vt telam hanc felicissimè absoluerem, nihil tamen mihi accessurum præter nomen *fidelis Actuarij*. quæ laus cum animo meo videretur vilior, capere euoluere codices his centum annis editos. quibus eruditi aliquot, patriæ amore ducti, monumenta regionis quisque suæ prodixerant. ex iis vt luculentum conficio spicilegium, ausus sum consilium meum referre ad amicos; *summâ openiti, ambire, fatigare singulos* quibus sciebam tales opes domi, ne mihi, ne sibi decissent. Quæris successum? superauit omne votum: nec tu eum cogitatione assequeris Lector, nisi ante oculos posueris Templum Dianæ Ephesæ. Vt enim ad eius perfectionem concursus est ab Regibus totius penè Orbis: sic ad hanc nostram Ædem, quæ

— *Priscis hominum variata figuris*
Heroum mirâ virtutes indicat arte,

tanta alacritate liberalitates suas contulerunt rei literariæ primates *omnes omnes*, vt non cum aliis, sed ipsi secum certare viderentur, palamque facere, non magis olim in imperio Romano primis constituendo conuenisse in vnum Fortunam ac Virtutem, quàm nunc in conseruandis eiusdem reliquiis. Inprimis *virgula* mihi fuit plus quàm *diuina* MARCVS VELSERVS Germaniæ suæ verè Phoenix, hoc est, omnibus virtutis doctrinæque numeris emendatissimum exemplar. tali enim in me fuit candore, tali comitate, tali propensione, tali etiam vultu, tali lingua, tali manu; vt præ pudore neque oculos attollam neq; vocem. quippe ante villas preces, depositâ personâ quam gerit in Vrbe suâ Principis, & candidati & proxenetæ induit; illeque alias ad vitium vsque verecundus,

Vltra decori transilire limites,

donec vniuersas Librariarum Italicarum Epigraphas, *vnâ cum puluisculo* conuerrisset in hunc meum sinum. ac tanquam parum esset ei rei impendere veredarios suos, etiam peculiaribus semper epistolis hoc suum donum prosequendum statuit: tam anxie quidem; aut potius supersticiosè, vt si vel vnica forte obuénisset Inscriptio, ne vnicam illam quidem sine literis suis ad me dimitteret. Huic ergo vni sit gratia, Lector, quod tibi frequenter occurrent, illa quâ genere, quâ dignitate, quâ famâ minimè inania nomina; quod inquam sæpius obuiosque habebis habitu literatorum viros Principes, mire comes,

— *submissentesq; modeste*
Fortuna vexilla sua,

FARNESIOS, BORROMÆOS, LOLLINOS, ZOLLERANOS, EGOLFOS, Cardinales, Episcopos, &c. nec minus illa patrii soli lumina ac columina, Mantuæ quidem ANT. BEFFAM NEGRINVM, Senarum CELSV M CITTADINVM; Venetiarum ANDRÆAM MAVROCENVM & BENEDICTVM GEORGIVM, Mediolani OCTAVIANVM RVBEVM, ac PETRVM CANTONIVM, Mutinæ IOH. BRIANVM, Regiolepidi ARNOLDVM VIONVM, Veronæ POLYCARPVM PALERMVM; aliosque in disciplinis harum literarum præcellentes: quorum è numero præterire non possum IACOBVM SIRMONDVM, hominem præter exactissimam Antiquariæ rei cognitionem, ea humanitate, vt non

nisi

Ad Lectorem.

nisi in Gratiarum cortinâ incoctus videri queat. percurso enim à capite ad calcem Inscriptionum nostrarum volumine, haud tralatitiam quantitatem optimorum Epigrammatum, quibus destituebamur, amicè submisit, quæ ipsa modò inter Appendiculares micat

— *velut inter ignes
Luna minores.*

Soli comparassem, nisi controuersiam ei faceret inusitata liberalitas STEPHANI VINANDI PIGHII, senis morum artiumque veterum, quique malit optimus ac doctissimus esse, quàm videri interpellatus enim ante aliquot annos de suâ symbolâ conferendâ; arbori autumnali similis, inuitabat ad se ramis demissis, offerebatque ea omnia quæ quondam iussu atque auspiciis MARCELLI CERVINI primum Cardinalis, deinde P. M. curiosè atque contentè collegerat. sed quid? per Cyclopicas militum grassationes contabescebam facto Tantalî; nuncque etiam fortè contabescerem, nisi vicisset iter durum pietas ARNOLD. MYLIORVM patris ac filii, quorum vterque dexterimè scriptorum veterum

— *& vireis animarum, moresque
Aureos educit ad astra nigroque
Inuidet Orco.*

per eos enim tandem tandem thesaurum illum recepi comitatum, moræ compensandæ ergò, Collectaneis PYRRHI LIGORII Latinis, AVGERII VERÒ GISLENI BVSBEQVII Exlegati Byzantini, Græcis, quæ radiis suis totum nostrum ædificium mirè illustant. Ei nihilo tamen minus luminum intulit IOH. IACOBVS BOISSARDVS, ille

— *animo iuuenali Senex,
Cui felle nullo, melle multo mens madens,
Æuum per omne nil amarum miscuit.*

tanquam enim parum fuisset benignè mecum communicasse Illyrici ac Luxemburgici tractus titulos, etiam *Antiquitatum* suarum libros à me deflorari passus est, iam æneis BRYANORVM Fratrum tabulis addictos, id ipsis item, quâ sunt morum dulcedine, non agrè permittentibus. At nec Boissardo cessit FVLVIVS VRSINVS, cuius potissimum auspiciis nunc iterum

— *illa incluta Roma
Imperium terris, animos aquauit Olympo,
Septemq, una sibi muro circumdedit arces.*

ac minime contentus schedas suas pleraq; aut sponte obtulisse Romæ describendas, aut ipsasmet per Velferum mihi transmisisse, copiam quoque fecit voluminis *Smetiani manuscripti*, quod seruabatur in interiore Bibliotheca Ill. Cardinalis FARNESII. id ipsum, electorum iuuenum par, GASPER SCOPPIVS ac LEONHARDVS GVTENSTENIVS,

— *quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan,*

pro tenerimâ eâ quâ erant erga me. erga Velferum, erga optimas literas affectione, totum totum cum edito compararunt. qui quamuis bonitate suâ alterum calamo exaratum exemplar longe anteiret; at sic tamen maximo nobis fuit adiumento locis non vnis; ne dicam haud poenitendum Epigrammatum numerum, quæ publicato aberant, suppeditasse. verum nec hac stetit horum gratia; sed quicquid marmorum quotidie per Romam hinc inde eruebatur, eorum delineationem septimanatim ferè nobiscum communicarunt: ipso præterea Gutenstenio adhibente manum suam accuratissimam; nec ibi tantum, sed in enotandis iis quæ aliquando IOH. MATALIVS METELLVS amicus noster non è multis

— *dum fata Deusque sinebant,*

ad ipsos lapides Romæ industriè deformaauerat; ad leueratque codici cui Epigrammata sua crediderat MAZUCHIVS. quem codicem benignè, vt & alia quæ domi suæ seruabat, vtrò oggesserat præcipuis sæculi sui ornamentis adscribendus HORATIVS à VALLE I. G. Pari fuit in hæc nostra studia animo, loci ac professionis suæ apex ANTONIVS VERDERIVS, oblati plurimis Italici soli ceimeliis, hætenus nemini ferè visis. nec parior idem, in depromendis Galliæ suæ reliquijs. quorum numerum exinde insigniter auxerunt, magna illius cœli Sidera, IACOBVS AVGVSTVS THVANVS, vt Apollinarium alitum, ita & Consilii Parisiensis caput, amplissimus IACOBVS GILLOTIVS, eiusdem Curia Senator primarius, IOHANNES ROYSSATVS Calvimontis Præfes & Prætor apud Lingones, DIONYSIVS LEBBÆVS-BATILLIVS Metensium præses dignissimus, NICOL. RIGALTIVS, Parnasso

— *Monte decurrens velut amnis imbres
Quem super notas aluere ripas.*

Quod dum isti agunt, minimè cessauit *currenti subdere calcar* CAROLVS CLVSIVS. quo sene

— *Sive aliquod morum, seu vita labe carentis
Est prægium, nemo pluri emendus erat.*

certè præter ea quæ ipsemet obseruarat in peragratione Daciæ locorumque vicinorum, etiam illa quæ deinde diligenter ibidem eius hortatu excusserat THEODORVS HOGELANDIVS, nobis impartienda putauit. cuius vestigis item institerunt ARNOLDVS BVCHELIUS I. C. atq; EVERARDVS VORSTIVS. Medicus submissis quidem monumentis pauculis, sed minimè protrititis. Eodem in nos seruire ANDRÆAS SCHOTTVS, non altæ modo eruditionis, sed &

— *rigi.*

Ad Lectorem.

— *rigidi seruator honesti,
In commune bonus.*

is Hispaniæ totius marmora binis exemplaribus cum studio excepta, in ædificii nostri vsum libenter impendit; inter quæ erant nonnulla insignita nomine ANT. AVGVSTINI Archiepiscopi Tarraconensis,

*Opponit unum quem viris prioribus
Ætas recentis temporu.*

sed nec ornandis nobis defuit IOH. VINCENTIVS PINELLVS, vir natus ad æternitatem nominis Romani, & ad omnium animos alliciendos ab ipsis Amorum Charitumq; manibus propriè factus. neque enim bina tantum procurauit autographa, quæ Venetæ ditionis maximè memorabilia complecterentur, sed quamplurimos excitauit, qui vicem eius supplerent: è quibus præterire nequeo illos senescientium doctrinarum reductores & formatores indefessos, ANGELERIVM, ac FELICIANVM, non magis quàm ERYCIVM PVTEANVM, aut NICOL. FRBRITIVM, iuvenes ipsi Pinello aliquando à studiis, nunc verò præ ceteris

— *sacros qui sollicitare fluores
Aonidum, totamq; solent haurire Aganippen.*

Iam portum forsàn mente agitas Lector. at nos vix oram soluimus; adeo magna adhuc superat manus eorum qui Antiquitatis illam

*Auratam optantes Colchis auertere pellem,
Ausu sunt vada salsa cita decurrere puppi.*

quâ enim fronte omittatur vnio amicitia: meæ prætextatæ IACOBVS BONGARSIVS? illa, inquam,

— *sincera bonorum
Congeries, in quo veteris vestigia recti
Et ductos videas mores meliore metallo.*

quâ TOBIA SCVLTETVS? arcano vinculo indissolubiliter mihi ligatus, quod contexuit, puto, Virtus cum Pallade, Themis cum Apolline Suada cum Gratiis. Primus quidem pro paruo ducēs ea de manu tradere in manu, quæ & totâ Vngariâ & aliis peregrinationibus Græca pariter ac Latina religiosè collegerat; epistolas præterea nostras, aucupium ne an venaturam exercentes, ad varias regiones Mercuriali euentu permisit, iisdemque ex locis pari felicitate responsum suum elicit: cā quidem animi alacritate, eo verborum honore, cā cupiditate amplius iuuandi, vt exclamare cogar,

O referant Diui, quoniam non possumus ipsi!

At Sculterus, non solum in meâ spem gratiæ Veronensiæ monumenta minima maxima coram inspexit examinavitq; cum cura, sed adminiculantibus ORLANDO PESCKETTO Hetruscis Italicisq; literis celeberrimo, ALBXANDRO item CANOBIO Historico patriæ suæ præstantissimo, aduersaria ONVPHRII PANVINII quasi ex Orci cancellis reduxit; quæ quantum huic moli adstruxerint ornamentum, quiuis vider: vt & illud, nihilo minorem vsum ei præstitisse alia Sculteri Epigrammata; reliquo Italiæ, Galliæ, Hispaniæ itinere (in cõtubernio Generosorū fratrum BVKGHAVSIO RV, amicorum edecumatorum) probè animaduersa, ac iusto libello honori meo dedicata. Quid memorem diligentiam ac fidem IOSEPHI CASTALIONIS I. C. præclarissimi atq; ideo Ill. SORÆ Ducis à Consiliis intimis? quid vltro neam item benignitatem PHILIPPI PIGAFETTÆ medici felicissimi, qui

— *multorum prouidus urbis
Et mores hominum inspexit?*

Tu certè Iosephe marmorum literas proximis his annis Romæ passim detectas, promptissimè mecum communicare dignatus es; vt & tu Philippe describere linguarum duarum characteres quantiuis pretii: Græcos quidem è ruinis insulæ Cretæ liberatos anno cLO IO LXXXIII cura atq; opera Medici ac Philosophi excellentis HONORII BELLI: Latinos verò tum Romanos tum Aquileienses, studio MARTII MILESII, legum consulti notæ selectioris. Quid recenseam haud credibilem solertiam IANI à VOVWEREN

Cui grauius primæua latet sub moribus ætas?

qui cum serius frequentaret Italiam, ideoq; omnia iam sibi prærepta videret, haud destitit tamen nunc hac illac deuias explorare latebras, exq; iis producere occultas aliquot Musarum reliquias, nunc his illis suâ Suadâ excutere segnitiam, quò promissa statim repræsentarent, fieretque illud

Bis dat qui cito dat.

adeò vt meliorum memoriarum summam non aspernèdam ei lubens meritò acceptum feram. Quò etiam ore prosequar illam prothymiam siue ARNOLDI MERCATORIS, GERARDI F. siue IOHANNIS VIVIANI, virorum à Minerua, à Camænis, ad omnem factorum humanitatē? Illi debeo & cis & trans Rhenana, penicillo cū omnibus parergis laboriosè delineata; illi, traditū mihi per manus filii, fragmentum literarum Gothicarum. at hic meâ causâ Aquisgrano excursurum se receperat ad generosissimum Dn. HERMANNVM Comitem à BLANKENHEIM ac MANDERSCHIED, excepturus pugillaribus suis quæcunq; emblemata pluribus retrò annis in arces suas ex viciniis intulerat, frustra q; mihi aliquoties promiserat pater meus (ita enim vocem necesse est à quo adoptatus sum pro filio) CAROLVS VTENHOVIVS; nisi hoc molientem oppressisset vis ipsa Fati.

— *nimio rapida sic obuia puppi
Inuidet, & velis adnubilat aura secundis.*

sed bene, quod non paruum numerum eorum quæ in Germania, in Hispania, in aliis locis digna habuerat animaduersione sua, iam antea subministrauerat COMMELINO nostro: cuius item in scriniis valde multa

Ad Lectorem.

adminicula nobis reperta sunt, sine quibus postremam manum operi isti difficillimè imposuissimus. quod & de te dictum volo MARQUARDE FREHERE, cui

— *cor limante Minerva*
Acrius, & tenues finxerunt pectus Athena.

suggestisti enim illa omnia quæ pridem ab interitu vindicarat, tractu Moguntino, IACOBVS CAMPIVS Archidiaconus, rerum literarumque veterum impensè doctus; adiectis, mantissæ loco, quæ vel ipse aduersariis tuis commendaueras, vel profocer tuus IOH. VIERVS, solers

— *vitas hominum ratione medendi*
Porrigere, & fatus amplificare moras.

Minimè etiam defuisti tuo amori in tunc IOHANNES VLRICE, deprompto è Bibliotheca Illustrissimi tui Principis IOHANNIS BIPONTINI &c. libello TILEMANNI STELLÆ Geometræ, quem aliquando confecerat, cum Ducis eiusdem iussu terminos ditionum Palatarum recenseret atque excuteret. Tuam item agnoui non promiscuam beneuolentiam IOH. BAIERE I. C. rare, quod nobis per communem illum doctorum omnium Mercurium, Velsærum, plurima inter peregrinandum tibi vestigata, participanda putaueris. Sed nec vos gratiæ vestræ exsortes à Septentrione. quippè per montes ac maria accesserunt ad nos tua. PAVLE KNIBBI Scotiæ florentissimo Regi à consiliis, delineata pulcherrimis literis Epigrammata, Romana, Gallica. submisisti & tu quoque Regie Britanniarum fæcialis GVLIELME CAMDENE

— *cui pectora lacte,*
Et non calcata candidiora nive,

quodcunque literarum veterum insulis illis *auribus* ferè enotaras: quas vt haberem acceptiores, non est eis dedignatus commodare & manum suam & artem ROBERTVS COTTONVS, homo

— *qui clavis nomen virtutibus æquat;*
Nec finit ingenium nobilitate premi.

cui vt adhuc amplius deberem, etiam lapides proximis his mensibus circa Seueri Vallum deprehensos, graphicè mihi exprimendos duxit. Sed nec. verùm *Lingua quo vadis?* iam video fastidis Lector:

Et longas trahis oscitationes.

quare abruptam. etsi enim punctis tantum perstringerem qui huic nostro labori operam suffecerunt partim consiliariam, partim ferentariam; tamen libri res esset. Scias igitur breuissimè, non tantum me, imo & te, obligari viris illis quos modò laudaui; sed aliis ferè innumeris, & sanguine & honoribus, & eruditione spectatissimis; è quibus modò occurrunt, PAVLVS MELISSVS, cuius instinctu SIMO STUDIO, aut potius SEBASTIANVS HORNOLDVS Wirtenbergica nobis procurauit; IOH. TORNÆSVS, à quo nactus sum authenticos titulos lapidum Lugdunensium, quibus vsus GVLIELMVS PARADINVS, non parum sinceriores atque auctiores, quàm comparent in editis; IACOBVS MONAVIVS, cui debemus Vngarica illa MICHAELIS SIGLERI, Regii Secretarii, credita IOHANNI SAMBICO. quid recenseam IOH. GEORGIVM WERDENSTENIVM, HIPPLYTVM à COLLIBVS, IOH. PISTORIUM NIDANVM, ADOLPHVM OCCONEM, ABRAHAMVM ORTELIVM, ISAACVM CASAVBONVM, FREDERICVM SYLBVRGIVM, ANTONIVM FAIVM, IOH. GVLIELMVM STVCKIVM, IACOBVM ZWINGERVM, IOH. MICHAELM BEUTERYM patrem ac filium, LVBERTVM ESTIVM, IACOBVM COMALIVM, HENRICVM WOTTONVM, ANTONIVM MAVCLERQVIVM, IO. MALIARDVM, FRONTONEM DVCÆVM? quid COSMVM BRANCATELLVM, LVDVICVM SEPTALIVM, IOAN. COTTOVICIVM, FRANCISCVM POLAM, ANTON. CAROTTVM, FREDERICVM CERVTVM, ROBERTVM TITIVM? quid denique GEORGIVM DOVSAM IANI FIL. IVDAM BONVTIVM, THOMAM SEGETHVM, ISAACVM PONTANVM, PETRVM SCRIVERIVM, MELIOREM GVLIDINASTVM, JEREMIAM GVNDELACHIVM, CVNRADVM SCOPPIVM, FREDERICVM LINDBRUCHIVM, GOTHARDVM VOGELINVM, MARTINVM LYDIVM, pluresque? quorum nomina nunc quidem non veniunt sub acumen styli, animo tamen isti minimè emigrarunt, firma eorum sede. Singulis his atque vniuersis *fave fave* Lector, vtpote sine quibus Pandoræ huius nostræ structura nunquam peruenisset ad magnitudinis suæ ac pulchritudinis supremum culmen. Et iam habes quod cupiebam. quod enim ipse de ordine quid innuis, an non iniurius es? si quis tibi obiceret thesaurum aliquem, vbi numismata argentea mixta aureis, Consulalia Imperatoriis, aspera detritis, vetera recentibus; fastidirene indigestam molem? imò ambabus inuaderes manibus. Idem fac & heic: thesauro te nostro contentum tene. nam profectò ordini parum attendi. imò ne attendi quidem; nisi quatenus consuleret meæ memoriæ: cui etiam potissimum Classes illas Parentum, Fratrum, Coniugum Cognatorum, Singularium, Libertinorum inseruire volui; gnarus alioqui, esse numerum, infinitum coniectum in classes alias quàm merebatur; si, cuius ordinis, cuius ætatis fuisset, vtrò indicasset. Quin magnas sæpe animas latere inter nudos illos & capite censos, hoc quoque scio. verùm cum ipsæ insignia sua abiecerint, cur eadem inuitis circundarem, qui nec censum curo, nec censuram? Quod etiam attinet ad seriem Alphabeti sæpius recurrentem, confudi nomina cum prænominibus ac cognominibus, & contra: sed & id memoriæ causa. in cuius item gratiam copulaui magistratus maiores minoribus, &c. ne quis forte putet attendisse Saryrico illi;

— *sibi*

Ad Lectorem.

— *sibi Consul*

Ne placeat, curru servus portatur eodem.

Illa illa cura fuit princeps, diligenter conferre Inscriptionem quamq; editam cum variis exemplariis, eisq; ipsam adfricare quasi Lapidum Veritatis Lydio. quod dum facio, accidit, ut unam Epigrapham legerim, recensuerim, mutarim, describerim non semel sed decies, prout incideram in testem qui se ferret, aut oculatum, aut oculato proximum. Et heic quidem tam fuit, ut debui, superstitiosus, ut semper bona fide repræsentarim siue auctoris, siue lapidæ, siue exscriptoris hallucinationes: sectatus videlicet Pictores corporum vitia in imagines suas curiosè transferentes. neque enim heic nobis licuit quod Apelli in Antigoni luscum, quibus totas facies ostendere sedulo propositum. Quapropter sustine stylum deceptorium

Quisquis eris, cunctis eris.

si nonnumquam diuertimus à scripturâ hætenus receptâ, non ea nos latuit, sed non etiam placuit. quod ipsum aliquando prodimus, subscriptis duobus tribus nominibus vni Epigrammati, indicium scilicet non usquequaque correctum extitisse apud unum tantum. At quibus nomen meum adieci, ut etiam quibus magni Scaligeri, ea nunc primum planè noua habes: quæ si aliquando longius degenerauerint à puritate sua legitima, haud id imputabis viris illis maximis, quorum dono nactus; sed familiis eorum aut amicitiiis, haud semper Lynceis, vel ob characteres ferè euanidos, vel ob implicatos eorum ductus nexusque, vel denique ob antiquitatum cognitionem minus accuratam. Sed nec vitio veritas, Lector, si incideris in fragmenta aliquot mutila & curta: puta potius tibi obuuisse elegantes quidem, sed mire vexatas magnorum artificum statuas,

Et Curios iam dimidios, nasumq; minorem

Cornini, & Galbam auriculis nasoque carentem.

quos ipsos cum iniuria ferè nobilitet, non video cur isthæc tibi sordere debeant ruta cæsa; nulla spe reliqua refarciendi quæ vetustas consumpsit. atque utinam de ea solum queri liceret! neque etiam perirent electissima quæque marmora morte factâ manu. nam ô pudor! ô scelus! vel calcarias implent resoluta in cineres, vel nouis adaptantur ædificiis erasa obductæ scripturâ priore. quod ecquis pro dignitate satis aut deplorat aut execretur? non ego; non tu Lector. qui si domi habes Epigraphas istis integrioribus, castioribusve, ne inuideas collegio Musico: magnam initurus apud doctos probosque gratiam; maximam verò apud me, si & illas per occasionem communicare dignatus fueris, quas aut fatum aut fortuna in manus nostras incidere noluit. id ut promptius præstare posses, ecce tibi laboriosissimæ simul & tædiosissimæ curæ Indices XXIV. quos si excusseris, scies statim quid huic nostro volumini desit, quid non. Ut etiam noris è quibus libris vulgo publicatis opus istud concinnauerimus, habe tibi syllabum unum: habe & alterum, ne excidant animo tuo qui beneuolentiæ, toto quasi sinu nobis præsto fuere; ac, quod minimum est, eis benè pre-

care: in primis Reip. Literariæ legitimis illis Duumviris, Scaligero & Velfero,
libri huius Laribus plusquam familiaribus.

INDEX

INDEX EORVM QVI scriptis publicis profuerunt.

Abrahamus Ortelius.
Aeneas Vicus.
Aldus Manutius Nepos.
Alfonſus de Caſtro.
Ambroſius Lir.
Ambroſius Moraliſ.
Andreas Alciatus.
Andreas Fulvius.
Andreas Nicolius.
Andreas Schottius.
Andreas Reſendius Andr. Theneſius.
Angelus Reccha.
Antonius Auguſtinus.
Anton. Doſius. Anton. Maſſa.
Anton. Morillonius.
Anton. Sanſelix.
Arnoldus Mercator.
Augerius Buſbequius.
Auguſtinus Pierſonius.
Bartholomaeus Amantius.
Bartholomaeus Burchelatus.
Bartholomaeus Marlianus.
Beatus Rhenanus.
Benedictus Hegius.
Bernardus Scardeonius.
Bernardus Genuccius.
Bonaventura Caſtillonius.
Caſar Baroniſ.
Caſar Orlandus. Carolus Cluſius.
Carolus Sigonius.
Clausus Guichardus.
Clausus Marinus.
Deſiderius Lyrnaminus.
Elias Vinetius.
Ephraim Reſendius.
Eugenius Pinogonius.
Franciſcus Albertinus.
Franciſcus Belleſorſius.
Franciſcus Guſſimanus.
Franciſcus Modius.
Franciſcus Robroellus.
Franciſcus Tintius. Fulvius Vrfinus.
Gabriel Simeonius.
Gaudenſius Merula.
Georgius Donſa.
Georgius Fabricius.
Guſtelmus Camdenus.
Guſtelmus Chonius.
Guſtelmus Paradanius.
Guido Pancroſa.
Guſtelmus Philander.
Hadrianus Iunius.
Helias Cawriolus.
Hieronymus Landus.
Hieron. Mercurialis.
Hieron. Morigia.
Hieron. Rubens. Hieron. Savina.
Hubertus Golizius.
Iacobus Bongarſius.
Iacobus Mazochius.
Jacob. Monetus.
Jacobus Strada.
Ianus Iacobus Boiſſardus.
Joh. Bapt. de Canallensis.
Joh. Baptiſta Nazarius.
Joh. Bellonius.
Joh. Chryſoſtomus Zanchius.
Joh. Heroldus.
Joh. Lenuclavius.
Joh. Marcanona.

Johannes Matallius Motellus.
Joh. Baptiſta Fontinus.
Joh. Bekanus.
Joh. Hartichius. Joh. Invenius.
Joh. Poldus.
Joh. Quintinus.
Joh. Richardus.
Joh. Tacuſius.
Joh. Struſſius.
Johannes Potius.
Joh. Valerianus Parius.
Joſephus Caſtalo.
Joſephus Scaliger.
Joſias Simlerus.
Johannes Jacobonius.
Juſtus Lipſius.
Lodovicus Gregorius Gyraldus.
Lucas Patius.
Lucius Faunus.
Ludovicus Carrio.
Lodovicus Camitellus.
Marcus Veſſerus.
Nicolaus Aloſtanus.
Nicol. Micaſtius.
Onuſſius Panuſius.
Paulus Guſtelmus Merula.
Paulus Morigia.
Petrus Apianus.
Petrus Bellonius.
Petrus Berthius.
Petrus Gylus.
Petrus Martyr.
Petrus Veldius.
Petrus Waſſelius.
Scipio Mazella.
Sebaſtianus Muſſerius.
Stephanus Pigbinus.
Stephanus Zamofius.
Tatrilas Sarayna.
Walgangus Laxius.

INDEX EORVM QVI ſcriptis priuatis profuerunt:

Abrahamus Ortelius.
Alfonſus de Caſtro.
Aloſius Lollus Episcopus Bellonenſis.
Andreas Alciatus I. C.
Andr. Maurocenus Patricius & Hiſtori-
Andreas Schottius. [cus Venetus.
Antonius Auguſtinus.
Anton. Beſſa Negrinus, Comes &c.
Anton. Carottus Medicus.
Anton. Fains V. C.
Anton. Morillonius.
Anton. Mancelerquius.
Antonius Verderius Vallis-primata Domi-
Arnoldus Buchellius I. C. (nus.
Arnoldus Mercator.
Arnoldus Vionus J. C.
Augerius Giſtenius Buſbequius.
Benedictus Georgius Patricius Venetus.
Coſper Schoppius.
Carolus Cluſius.
Celfus Cittadinus.
Coſmus Brancatellus.
Dionyſius Lebbius-Batilius.
Euſtredicus, Comes à Zolern &c.
Erycius Puteanus.
Enerardus Elias Vorſius Medicus.
Franciſcus Ciceroius A. Pauli F.
Franciſcus Incundus.
Fredericus Borromaeus Cardinalis & Ar-
chiepiſcopus Mediolanenſis.

Fredericus Sylburgius.
Fredericus Cernus.
Fronto Ducaus.
Fulvius Vrfinus.
Gallus Olympius I. C.
Gaudenſius Merula.
Guſtelmus Camdenus Geographus Regius.
Guſtelmus Paradanius.
Henricus Wottonus.
Hieronymus Comuſellus.
Hippolytus Angoleſius Medicus.
Hippolytus à Collibus.
Honorius Bellus Med.
Horatius à Vallis.
Hubertus Golizius.
Iacobus Auguſtus Thuanus.
Iacobus Bongarſius.
Iacobus Gilloſius.
Jacob. Campius.
Iacobus Comalius I. C.
Iacobus Sirmondus.
Iacobus Zuſſingerus Medicus.
Iacobus Alſſius Med.
Ianus Iacobus Boiſſardus.
Ianus Vincentius Pinellus.
Ianus Wounerius.
Ioannes Bayerus J. C.
Joannes Bleſius.
Joannes Brianus.
Joannes Colduſius.
Joh. Egolfus Episcopus Auguſtini.
Joh. Guſtelmus Senkenius.
Joh. Incundus Antiquar.
Joh. Matallius Medicus.
Joh. Malardus Medicus.
Joh. Piſtorius Propoſitus Fraſiſian &c.
Joh. Roſſſardus.
Joh. Tornafius.
Joh. Vmianus Poeta.
Joh. Vrbicus I. C. & Poeta.
Joſephus Caſtalo.
Joſephus Scaliger.
Iſaacus Pontanus Med.
Leonhardus Guſſenſenſis I. C.
Marcus Veſſerus.
Marquardus Freberius.
Martinus Smetius à manu Rotholphi Pii
Cardin. Carpenſ. ab an. 1545. ad an. 1551.
Melior Guldinaſtus Philologus.
Michael Beuherius Hiſtor. & I. C.
Michael Mercator Arnoldi F.
Nicolaus Fabricius Antiquar.
Nicolaus Rigalius I. C.
Onuſſius Panuſius.
Orlandus Peſcettus.
Paulus Knibius.
Paulus Meſſius.
Petrus Cantoniſ I. C.
Petrus Sclerius Philologus.
Philippus Pigafetta.
Polycarpus Palermus I. C.
Pyrrhus Ligorius Antiquar.
Robertus Coſtonus.
Robertus Tuſius.
Sebaſt. Hornmoldus Poeta ac J. C. nobilis.
Simon Studio.
Stephanus Vinandus Pigbinus.
Theodorus Hogelandius.
Theodorus Zygomaſ.
Thomaſius Porcacchius.
Tillemannus Stella.
Tobias Scultetus I. C. ac Conſiliarius Ca-
ſar. Maſſeſt.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΩΝ ΠΑ-
 ΛΑΙΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΕΚΔΟ-
 ΣΙΝ, ΤΗΟ' ΤΟΥ ΠΟΛΥΜΑΘΕΣΤΑΤΟΥ
 ΙΑΝΟΥ ΕΓΚΡΟΤΤΗΡΟΥ *ως ἀπερρίπτεται ἐκπεπρωμένον.*

Εργα παλαιστράων, μνήμης ὅσα ἐξεπλέσθη
 Εἰν ἄρει, οἰκλήτ', ἄξια αἰδῆν,
 Τεκταμένης ποσὶ παλαι σοφοὶ αἰεὶς οἰστικέλασαν
 Ἐς χαλκᾶς σήλας, μαρμαρέας τε πλάκας
 Καὶ τις ἐπὶ πέτρῃ ἰσλὸν ἀπώλεσεν, ἢ βασιλῆα,
 Ἡ γόνον, ἢ φίλον σύζυγα, ἢ ἔπαρον·
 Λαῶν οἰσάμεν τὸν τόμον, καὶ τᾶνομα γλύψας.
 Ἐχον ἄκ' σήλῳ θυμοδόροιο πέδον.
 Κήπιοι· ἄδ' ἡδίστου ἔσση σῶν ἐπὶ χρόνοις.
 Ἐργματ' ἀμαλδιῶν ὑπδαυῶν μερόπων.
 Γλύμματ' αἰ φθέραις πάντ' ἡίσωσιν αὐτὸν
 Αἰὼν, ΓΡΟΤΤΗΡΟΥ μὴ ἐλαιορραμένου.
 Θραύσματα κολλήσας δὲ ὅλ', κ' ἐν ἐνὶ τείχεσσι ἀγύρας.
 Εἰς τὰς αἰῶνας πᾶς ἀδάμαντι μόνον.
 Νικᾷ πάντα χρόν'· νικᾷ χρόνον ἢ βίβλ' ἢ δα.
 ΓΡΟΤΤΗΡΟΣ λήθης φάρμακον εὖρε μόνον.

ΙΣΑΑΚ ὁ ΚΑΣΑΤΒΟΝΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Handwritten text, possibly a signature or name, located in the upper middle section of the page.

Handwritten text, possibly a date or a short phrase, located in the lower middle section of the page.

In Inscriptiones Romanas.

Quod faustum & felix, dias in luminis oras
Nobile GRVTERI nomine prodit opus,
Multa ferens Antiqua, novis accessibus aucta,
Per Capita & Titulos quaq; tributa suos:
Reliquias LATII veteris, decora alta Quiritum,
Sparsa tot Archaicis ante voluminibus.
Gratulor hinc nobis & nostro gratulor Aëuo:
Talis egens ROMA vrbs Vindicis ante fuit:
ÆTERNA illa tuo nunc primum effecta labore,
Qua se bis genitam dicere Iure potest.
Tota recens, & (quod cum verbi panè periculo
Dixero) GRVTERA Virbia facta manu.
Maecte animi, Maecte ingenii praestantibus ausis:
Perge age ROMANAE consulere Historia.
Nec tibi Municipes moueant fastidia Blenni,
Aut nouitas sensus torqueat vlla tuos.
Ipse VRBIS Domina pro te tot stare ruinas,
Ipse vides pro te marmora muta loqui.

IANVS DOVSA NORDOVIX.

Summa Priuilegiorum.

*S*acra Casarea Maieſtatis priuilegio cautum eſt, ne quis ANTIQVITATES TOTIVS IMPERII ROMANI in vnum corpus redactas cura atque ingenio JANI GRVTERI decennio proximo, intra Sacri Romani Imperij Regnorumq; ac Dominiorum hereditariorum fines, ſimili aut quouis alio characteris genere vel forma, ſiue totum, ſiue aliquam eius partem, recudere, aut alibi recuſas importare, clam palamve diſtrahere citra voluntatem & conſenſum predicti Gruteri aut heredum ipſius audeat. Qui ſecus faxit, non modo exemplaribus omnibus de facto priuabitur, ſed & pœnam inſuper decem Marcharum auri puri, Fiſco Caſareo dictoque Grutero aut heredibus eius applicandam, ſerio luet: ut pluribus exprimitur in literis Imperialibus Praga datis x. Aprilis cId IdcII.

RVDOLPHVS.

Subſign.
Rud. Coraducius

Additum Sigillum
è cera rubra.

Ad mandatum Sacræ
Cæſ. M.^{ti} proprium
Io. Baruitius.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre. Ottroye à Ichau Cōmelin d'imprimer ou faire imprimer INSCRIPTIONES ANTIQVAS TOTIVS IMPERII ROMANI, in vnum corpus redactas cura atq; ingenio Gruteri, en telles marges & caracteres que bon luy ſemblera, celles mettre & expoſer en vête & diſtribuer durant le temps de dix ans à commencer du iour & date qu'ils ſeront acheuez d'imprimer, ſans qu'aucuns que ledit Commelin les puiſſe vendre, debiter, ou faire imprimer, durant ledit temps ſur peine de conſiſcation & d'amende arbitraire &c. Donné à Paris ce 27. de May l'an de grace Mil ſix cens, & de noſtre regne le vnzieme.

Par le Roy
de Neufuille

Impoſita vltima manus Operi XIII. Septemb. cId IdcIII.



INSCRIPTIONES VETERES

IN HISPANIA REPERTAE.



Acci, in Hispania Tarraconensi, nunc Guadix.

Ambrosius Moralis fol. 312.
suz Chronicæ.

[1] IVLIAE MAMMEAE AVG. MATRI
IMP. CAESARIS MARCI AVRELII
SEVERI ALEXANDRI PII F. AVG.
M. CASTRORVM COL. IVL. GEM
ACCITANA DEVOT. NVMINI
M. Q. EIVS

Argenteavia, vulgo, Camino de la plata.

Via Argentea dicta inter Emeritam & Salamanticam, a
Licinio primum lapide strata, ad XLVIII miliaria Hispa-
nica & columnis ad singula miliaria distincta, postea ab
Hadriano restituta.

In columna duobus miliaribus a Galestro versus
Salamanticam.

Moral. 276.

[3] IMP. CAESAR
DIVI TRAIAN. PAR
THICI F. DIVI NER
VAE NEPOS TRAI
NVS HADRIANVS
AVG. PONTIF. MAX.
TRIB. POT. V. COS
III RESTITVIT

* C II

columnarum
numerus pu-
tatur.

Arcobrigæ, Saxum in loco qui nunc dicitur Arcos,
in ingressu Arag.

Moralis fol. 287.

[2] P. SEXTIO P. SEX. F. DE MV
NICIPIO ARCOBRICENSI OPTI
ME MERITO IMMVNITATE AD
QVINQVENNIVM OPERA EIVS
AB IMP. NERVA TRAIANO CAES.
AVG. TOTI PATRIAE CONCESSA
ARCOBRICENSES IVVENES ET VETERES
STATVAM IN FORO POSVERE

In columna non procul a Calzada pago.

[4] "ita saxum ha-
bet


IMP. CAESAR DIVI
SEPTIMI SEVERI "PIE ARAB.
ADIAB. PARTHICI MAX. BRI
TT. MAX. FEL. DIVI AVR. ANTO
GERM. SARM. NEP. DIVI ADRIANI
ABNEP. DIVI TRAIANI PARTHICI
ADNEP. MAVREL. ANTONINVS
PIVS FELIX AVG. PART.
MAX. BRIT. MAX. GERM.
MAXIM. // // // // TRI. PO.
XX. IMP. III. COS. IIII. PP.
PROGOS. FECIT.

* C XXXVI.

columnarum
numerus puta-
tur vt in præ-
cedente.

Camino de la plata.

Moral.276.



[1] IMP. DOMITIANVS
VESPASIANI F. VES
PASIANVS CAESAR
AVG. GERM. PONT.
MAX. OPVS PATER
NVN NEQVICIA PV
BLICANORVM ET
MORTE VESPASIA
NI INTER RVPTVM
ET GENTE MALE
MVLCTATA ET OM
MI IN POSTERVVM
MVNERE PVBLICO
PRIVATA CONFICI
IVSSIT. LXXXVIII.

*Ad diuersorium Ventas di Cappara,
In arcu triumphali.*

[2] BOLOSEA FILIO
PELLIF. MACRI F.
M. EIDIVS MACER
TESTAMENTO F.

Camino de la plata.

Moral.276.

[3] IMP. TITVS CAESAR VESPASIA
NVN AVG. P. M. TRIB. POT. V.
COS. VIII. PP. GENERIS HVMA
NI AMOR ET DESIDERIVM E
TIAM VIVENS

*habet hanc inscriptionem & Apianus, sed non
ita integram, & Tarracoma tribuit.*

Ibidem.

Moral.200.

[4] IMP. CAESAR. DIVI F.
AVG. PONT. MAX. COS.
"XII TRIB. POT. X IMP.
VIII ORBE MARI ET
TERRA PACATO TEM
PLO IANI" CLAVSO ET
REP. PO. ROM. OPTIM
LEGIB." SANCTISS. INS
TIT. REFOR. VIAM SV
PERIORVM COSS. TEMPO
RE INCHO. ET MVLTIS LO
CIS INTERMISSAM PRO
DIGNITATE IMPERII LA
TIOREM LONGIOREM Q. GA
DES VSQVE PERDVXIT.

*"malim legere
cū Onuphrio,
XI. TR. P. X.
IMP. VIII.*

"CLVSO

"ET &

*post IMPE-
RII alij ad-
dunt POP.
ROM.*

Est & Emeritz in zdibus Ferdinandi de Carrera.

Ibidem.

Moral.327.

[5] GALIENVS IMP. CAE
SAR AVG. CLEMENS
PIVS VRBE AEDIFI
CIIS RESTAVRATA
IN BONVM ITALIAE
GALLIAE ET HIS
PANIAE PVBLICVM
CONVERSVS HOC
ITER VARIE PER
PROVINCAS INTER
RVPTVM REFI
CI IMPERAVIT
LXXXVIII.

Ibidem.

[6] IMP. CAES. FLAVIVS CONS
TANTINVS AVG. PACIS ET
IVSTITIAE CVLTOR PVB.
QVIETIS FVNDATOR RELI
GIONIS ET FIDEI AVCTOR
REMISS. VBIQVE TRIB. FINI
TIM. PROVINC. ITER RESTI
TVI FEC. CXIII.

*Ælonz, nunc Exone : opidum est Comitatus Palari-
nensis in Catalonia.*

*Ex antiquit. lib. P. Apiani,
pag. 7.*

[7] LVNAE AVGVSTAE SACRVM.
IN HONOREM ET MEMORIAM
AEMILIAE L. FIL. MATERNAE
L. AEMILIVS MATERNVS
ET FABIA FVSCA PARENTES
S. P. F. C.

Ibidem, ex eodem.

[8] L. VAL. L. FIL. CAL.
FAVENTINO PVIRALI
QVI ANNONA FRVMENTARIA
EMPTA PLEBEM ADIVVIT
ET OB ALIA MERITA EIVS
COLLEGIA KALENDARIORVM
ET "IDVARIA DVO CIVI
GRATISSIMO POSVERVNT.

"IDVARIOR.

Ibidem, ex eodem.

[9] P. MAR. MARAN. FILIO
CALPVARNIANO OR. RET.
DEFVNCTO AN. XVIII.
MAR. MARANVS COMMVN
AFFECTIONE MARANAE
CALPVARNIAE VXORIS ET
MATRIS RECEPTO IN CLIEN
TELAM CIVIVM AESONES
ET LIBERALIBVS STVDIIS
ERVITO IMPETRATO LOCO
EX D. ORD. STATVA "FOVENS
MEMORIAM PIETATIS HONO
RAVIT DATISQ. SPORTVLIS
DEDICAVIT.

"Forte
FORENS.

Ibidem, *ex eodem.*

- [1] FVL F. FVLVI RESTITVTI F.
CATVLAE P. AESONENSI ANN. XL
FVLVIVS HOMVLLVS LIBERTVS PATRONAE
DE SE BENEMERITAE FACIENDVM CVRAVIT

Agradæ.

- [2] T. OVINIUS T. F. EQVITI RO. TR. MIL. SVB M.
CATONE PROC. QVI MVLTAPRORETINENDA
IN FIDERO M. PROVINC. FORTITER ET CONSTANT
GESSIT JATTEIA L. AT. F. CELTIB. MARITO
B. M. F.

Arbot, Galli Fauonij Iocundi, in Lusitania.

- [3] EGO GALLVS FAVONIVS IOCVNDVS L. F. QVI BEL
LO CONT. VIRIATVM OCCVB. IOCVNDVM ET PV
DENTEM FILIOS EX TEST. HAERED. RELINQVO
ET BONORVM IOCVNDI PATR. MEI ET EOR. QVAE MI
HI IPSI ADQVISIVI. HAC TAMEN CONDITIONE VT AB
VRBE ROMA HVC VENIANT ET OSSA HINC MEA INTRA
QVINQVENNIVM EXPORTENT E LVSITANIA ET
VIALATINA CONDANT IN SEPVLCHRO MARM. IVSSV ME O COND.
ET MEA VOLVNTATE. SI SECVS FEC. NISI LEGITIMAE
ORIAN TVR CAVSSAE VELIM EA OMNIA QVAE FI
LIIS RELINQVO PRO TEMPO DEI SILVANI RE
PARANDO QVOD SVB VIMINALI IN VRBE MONTE
EST AD TRIBVIMANES QVE MEI OPEM PONT. MAX.
ET FLAMINVM DIAL. QVI IN CAPITOLIO SVNT IM
FLORENT AD IMPIET. CONTRA FILIOS MEOS VL
CISCENDAM TENEANTVR QVE SACERDOTES DEI
SILVANI ME IN VRBEM REFERRE ET SEPVLCHRO
ME CONCEDERE. VOLO QVQVE QVOTQVOT DO
MI MEAE VERNAE SVNT LIBEROS A PRAETORE
CVM MATRIBVS DIMMITTI SINGVLISQVE LIBRAM
ARG. ET VESTEM DARI ACTVM VI. K. QVINTILES
SERV. GALBA L. AVRELIO COSS.
DECVRIONES TRANSCVDANI HOC TESTAMENTVM
ORE EIVSDEM GALLI EMISSVM IN LAPIDE

IVSSERE AD SCVLPI

Lectionis varietas e Marliani Topograph. petenda,
p. 118: et Fastis Sigonii p. 35.

In agro Arbot.

- [4] M. AEMILIO M. GALLO
FAVONIO IOCVNDVS
L. P. CVM IOCVNDO
ET PRVDENTE FILIIS

Malim legere IOCVNDVS L. F. CVM IOCVNDO
ET PV DENTE FILIIS sicut supra in testa
mento Galli Fauonii. Necessè est vt alterutra in scri
ptio sit deprauata.

Arulæ, quæ nunc Ariona dicitur.

Moral. 219.

- [5] IMP. CAES. AVG. PONT. MA
XIMO TRIB. POT. XXI. COS.
XIII. PP. VICTORI SACR.
L. AEM. L. F. NICELIVS AED.
II. VIR D. S. P. F.

Arenates. Piedra de Marguesa.

Moral. 186.

- [6] IMP. CAES. NERVAE TRAI
ANO AVG. GERMANICO DACI
CO PARTHICO PONT. MAX.
TRIB. POT. V. COS. VI. PP. DE
ROMANO IMP. DE PATERNA
ET AVITA HISPANIAE PA
TRIA ET DE OMNI HOMI
NVM GENERE MERITISS. PO
PVLARES PROVINCIAE ARE
NATVM OPT. PRINCIPI.

Astapæ, nunc Estepæ, Plin. Ostippæ,
in ecclesia S. Sebastiani.

- [7] L. CAESIVS MAXIMI
NVS CEDRIPONENSIS
AN. XXI. HIC INTER
FECTVS EST SIT TIBI
TERRA LEVIS

Ibidem, Piedra de Alameda, duobus ab
Astapa miliaribus.

- [8] C. MEMMIVS OPTATI F. QVIRINA
SEVERVS STATVAS DVAS AEREAS
VNAM NOMINIS SVI ALTERAM
FILII SVI PONI IVSSIT. C. MEM
MIVS RVFVS HAERES FECIT.

Astigi, inter Cordubam, & Hispalim.

Piedra de Ecija.

Moral. 20.

- [9] CAECILIA TROPHIME STATVAM PIE
TATIS TESTAMENTO SVO EX ARG. P.
C. SVO ET CAECILII SILONIS MARI
TI SVI NOMINE PONI IVSSIT

- [10] D. CAECILIUS HOSPITALIS ET CAECI
LIA D. F. MATERNA ET CAECILIA PHI
LETE HAEREDES SINE VLLA DEDV
CTIONE XX POSVER.

Ibidem, in pariete monasterij Franciscanorum.

- [11] P. NVMERIVS MARTIALIS ASTIGI
TANVS SEVIRALIS SIGNVM
PANTHEI TESTAMENTO FIE
RI PONI QVE EX ARGENTI LI
BRIS C. SINE VLLA DEDVCTIO
NE IVSSIT

Ibidem.

- [12] BON. EVENTVI et BONI
EVENTVS.
APONIA C. F. MONTANA SACERD.
DIVAR. AVGVSTAR. COL. AVG.
FIR. EDITIS OB HONOREM SA
CERD. CIRCENSIVS ET OB DEDI
CATIONEM ALIIS EX ARG. LIBRIS
CL. D. S. P. D. D.

Coloniz
Augustæ
Firma

Astigi.

- [13] NERO CLAVDIVS DIVI CLAVDII F. GERMANICI
CAESARIS N. DIVI AVG. ABN. TI. CAESARIS
PRON. TRIB. POT. IMP. COS.

Ibidem.

- [14] TI. CAE. DIVI AVGVSTI F.
DIVI IVLI NEPOS AVGVSTVS
PON. MAX. COS. VI. TRI.
R. XXXVII. AB IANO AVGVSTO
QVI EST AD BAETEM VSQVE
AD OCEANVM LXIII.

Astigi, in monasterio S. Francisci.

[1] C. COSCONIVS
L. F. PAP. TRVRVS IIVIR
ET SVLPITIA L. FANVS
HSSSVTL
IN F. PED. XII
IN AGR. PED. X

Ibidem.

[2] M. AEMILIVS
L. F. MAVRVS
PVDENTE SL. FIE. D
OSI EDICIT
Q. L. SVRAE L. F. V
IN FR. P. XII. IN AG. X

Ad eadem D. Barbara in fragm. lapidis.

[3] SEX ALLIO ME
ONTETICI PERPET.
COL. ASEITANAE ET
FECERVNT DIVOR AVGVST.
CONCILII IRIENSIS ET
DEO VREORTES
VIRITIM STATVAM DD.

deprauata
incipitio.


Augustobrigæ, quæ nunc Aldea el muro.

Moral. 288.

[4] IMP. CAES. NER
VA TRAIANVS
AVG. GERM
PONT. MAX
TRIB. POT. PP
COS. II. FECIT
AB AVGVSTO
BRIGA M. P. X

Ibidem, in columna quadam.

Moral. ibidem



[5] IMP. CAESAR DIVI
NERVAE F. NERVA
TRAIANVS AVG.
GERM. PONT. MAX.
TRIB. POT. V. COS
III RESTITVIT

Azuagz. Piedra de Azuaga.

ibidem. 290.

[6] MATIDIAE AVGVSTAE IMP
CAES. DIVI NERVAE F. NER
VAE TRAIANI OPTIMI
AVG. GERM. DACICI PAR
THICI SORORIS.

Ibidem, aliud saxum Marcia, quam Morales putat
fuisse sororem Traiani, cum tamen Marciana dicta fue-
rit, ut ex arcu Anconitano patet.

[7] "MARCIAE IMP. CAES. f. MARCI-
DIVI NERVAE F. NER ANAE
VAE TRAIANI OPTI f. eadem in-
MI AVG. / / / / / scriptio
/ / / / / cum pri-
/ / / / / ore.

In Gadibus, nunc Gaditz insula, olim Augusta
Iulia Gaditana. meminit Cyriacus Anconit.
& Petrus Apianus.

Moral. 63.

[8] HELIODORVS INSANVS CARTAGI
NENSIS AD EXTREMVM ORBIS SAR
COPHAGO TESTAMENTO ME HOC
